



Städtisches
Gymnasium zu Allenstein.

Programm-Abhandlung

Michaelis 1880.

Fabulae, quae de caede **Agamemnonis** et vindicta **Orestis** feruntur apud
Graecorum poetas, quomodo inter se differant.


Scipsit **Ernst Kahle**.

Königsberg in Pr.

Druck von Longrien & Leupold (R. Leupold).

1880. Progr. No. 1.

1880.



Fabulae, quae de caede Agamemnonis et vindicta Orestis feruntur apud Graecorum poetas, quomodo inter se differant.

Scripsit

E. K a h l e.

Magna ex copia fabularum, quae apud Graecos feruntur, eas, quae sunt de bello Troico et de reditu Graecorum, omnibus fere temporibus plurimi esse aestimatas atque dignissimas iudicatas, quas ut pueri adolescentesque discerent, ita iuvenes senesque memoria tenerent, quis est qui ignoret? Quod quidem eo facilius fieri poterat, quia poetae illustrissimi iterum ac saepius fabulas illas sua quisque ratione docuerunt et exornaverunt, ita ut nostra quoque aetate, quamvis multa, quae a poetis sunt ficta, interierint, liceat diiudicemus, quo modo fabulae magis magisque auctae sint et commutatae. Ac si constat poetas diversorum temporum cum alia tum fata ducum Graecorum, qui ceteris praestarent, illustravisse et ut re bene gesta domum reverterint diligenter perscripsisse, non est cur miremur ea, quae de Agamemnone dicuntur, quippe qui fuerit dux exercitus Graecorum universi, multis carminibus esse illustrata, non quo ipse semper bello res optime gessisset, sed quia Troia urbe expugnata postquam per decem annos principatum obtinuit, fortuna omnium Graecorum tristissima usus est. Neque enim Homerus tantum ac poetae epici, sed etiam lyrici Graecorum poetae et tragici sua quisque ratione litteris mandaverunt illa, quae traduntur: Agamemnonem Troia capta domum redeuntem a Clytaemnestra uxore per insidias trucidatum, deinde Clytaemnestram ab Aegistho in matrimonium esse ductam, denique Orestem Agamemnonis filium exstitisse patris ultorem ita ut Aegisthum et Clytaemnestram necaret. Quae cum ita sint ut magno dolore afficimur, quod cum ab Homeri et Pindari carminibus discesseris, vel perpaucae vel nullae exstant reliquiae poetarum aut lyricorum aut epicorum, qui de his fabulis disseruerunt, ita peropportune accidisse putamus, quod in eodem hoc argumento tres nobilissimi poetae tragici accurate versati sunt eorumque fabulae ad nos pervenerunt. Vix igitur quidquam maius operae pretium sit quam ut cognoscamus primum (I.), quid in Homeri carminibus traditum sit de caede Agamemnonis et de vindicta Orestis; tum (II.) quid alii poetae epici, quid poetae lyrici mutaverint, qui eas fabulas in manibus habuerunt; denique quae fabulae apud Aeschylum (III.), Sophoclem (IV.), Euripidem (V.) ferantur.

I.

De gente Pelopidarum, qua exortus est Agamemno, Homerus hoc unum enarravit Pelopen sceptrum, quod ipso Jove auctore ab Herma¹⁾ accepisset, Atreo filio tradidisse; tum sceptrum a moriente Atreo Thyesti relictum esse, cuius in locum Agamemno successisset, qui multarum insularum atque universae terrae, quod Argos appellatur, teneret imperium²⁾. Magna discidia inter Atreum et

¹⁾ In fabulis Graecorum poetarum pertractandis Graeci sermonis vernaculas deorum et deorum nominum formas adhibere liceat.

²⁾ Il. II, 105 ss.

Thyestem et Agamemnonem fuisse, cum non commemoraverit Homerus, dubito an plane ignoraverit. Klausen quidem dicit¹⁾ vix quemquam persuadere sibi posse Atreum, cui duo fuissent filii, ad quos hereditarium transiret imperii ius, sua sponte et libenter dignitatem regiam Thyesti reliquisse: haud dubie vi coactum imperium reliquisse caesum a Thyeste; quem satis imprudenter Atrei filii vitam concessisse et cum iis in domo regia vixisse, usque dum ab Agamemnone adulto eiceretur. Huc spectare illud quod Homerus in *Odyssea*²⁾ dicat, Thyestem coque mortuo Aegisthum filium habitare in extrema agri Agamemnonis parte; hanc esse condicionem eorum, quibus aliquid honoris habiturus sit rex aliquis, quo sibi subiecti civibus nonnullis imperent. Verum enim vero id plane probatum esse negamus: namque fieri potuit, ut Atreus cum Thyeste fratre amore coniunctus, priusquam moreretur, fratri sceptrum i. e. imperium traderet, quia filii admodum adulescentuli et artis gubernandi nondum periti essent. Nonne igitur licuit Homero sentire Thyestem, cum Agamemno filius Atrei maior natu adolevisset dignusque factus esset, qui regnum susciperet, patris urbe et domo relicta in agrum se recepisse? Accedit quod Homerus, si pro explorato habuisset Thyestem ab Agamemnone ciectum esse in exsilium, facere non potuit quin commemoraret Aegisthum, cum Agamemnonem caederet, iniurias ulcisci, quas Thyestes pater ab Agamemnone accepisset³⁾: Ac ne eo quidem loco, quo Homerus dicit Jovem Atrei genus ab initio multis malis affecisse „γυναικείας διὰ βουλὰς“⁴⁾, effici licet Homerum non ignorare calamitatem illam in Pelopidas saevientem, quam ἄτην appellant poetae; addit enim Homerus mala illa non alia fuisse nisi quibus Helena et Clytaemnestra cum multis Graecorum principes tum Menelaum et Agamemnonem affecissent.

At ipsum Agamemnonem cum aliis parvis vitiis, quae sunt imperatoris, tum superbia non caruisse et scit Homerus et dicit, grave scelus cum filiam mactaret admisisse nescit. Si enim dixerit quispiam⁵⁾ poetam Iphigeniae infelix fatum non ignorasse sed praetermisisse, non recte senserit: nam in *Iliade* scriptum videmus tantum abfuisse, ut Graeci, cum Aulide naves conscenderent, magnis malis afficerentur, ut eis dei propitios se praestarent et fausta omnia mitterent⁶⁾. Cum igitur Graeci calamitatibus non premerentur, neque erat, cur Calchas posceret, ut Agamemno filiam mactaret ad numen deorum placandum, neque erat, cur Agamemno maximum scelus committeret. Praeterea non desunt, qui dicant Iphianassam, quam filiam Agamemnonis decimo quoque anno belli Troici vivere commemorat Homerus⁷⁾, eam ipsam esse, quam alii poetae Iphigeniam nominaverint⁸⁾.

Hoc certe fertur apud Homerum Agamemnonem, qui nullius maleficii sibi conscius esset, in maximam spem venisse Troia capta domi pacem et quietem se esse nacturum⁹⁾; sed non minus constat, quantopere spes eum fefellerit, quoniam ei, antequam rediret, Aegisthus et Clytaemnestra miseram caedem paraverant. Aegisthus enim, etsi a deis admonitus erat, ne quid impie in Agamemnonem committeret¹⁰⁾, illo tempore usus, quo Agamemno ad Troiam expugnandam profectus erat, studebat blanditiis Clytaemnestram adducere; ut ipsum amore amplecteretur; quae primum quidem

1) Aeschyl. *Agam.* p. 226 s.

2) *IV*, 516.

3) Cf. Nitzsch *Sagenpoesie der Griechen kritisch dargestellt* 1852 p. 520 s.

4) *Od.* *XI*, 436 ss.

5) Westrik *disputatio litteraria de Aeschyli Choephoris deque Electra cum Sophoclis tum Euripidis*, Lugd. Bat. 1826 p. 41 s.

6) *II*, 112. 286. 351. Cf. Preller *griech. Mythologie* 3. Aufl. v. Plew *II* p. 419 A. 1.

7) *II*, *IX*, 144 s.

8) Scholia graeca in *Homeri Iliadem* ed. Dindorf p. 307 (ad *IX*, 145): „ἔτι οὐκ οἶδς τὴν παρὰ τοῖς νεωτέροις σφαγὴν Ἰφιγένειας.“ — Scholia graeca in *Eurip. Tragg.* ed. Dindorf 1863 *T. II*, in *Orestem* p. 177: „πέμψας οὖν Ἀγαμέμνων εἰς Δελφοῦς — μεταπέμπεται οἴκοθεν τὴν θυγατέρα Ἰφιγένειαν, τὴν καὶ Ἰφιάνασσαν καλουμένην.“ — *Lucretius de rer. nat.* *I*, 84 ss:

„Aulide quo pacto Triviai virginis aram
Iphianassai turparunt sanguine foede
Ductores Danaum delecti prima virorum.“

Cf. Schoene *Eurip. Iph. i. Taur.* 3. Aufl. v. Koechly p. 24.

9) *Od.* *IV*, 520 ss. *XI*, 430 ss.

10) *Od.* *I*, 36 ss.

recusabat Aegisthum sequi, cum et ipsa prudens esset¹⁾ et a viro proba adiuuaretur, quem Agamemno domi reliquerat. Postea vero hoc viro in desertam insulam deportato eam Aegisthus domum suam deduxit²⁾; quam cum stupri consuetudine sibi conciliasset, Agamemnonis interficiendi consilium cum ea communicavit eiusque ope reversuro regi paravit insidias. Ac postquam per speculatorem, quem duobus auri talentis conduxerat, de regis adventu certior factus est, viginti strenuos viros in insidiis collocavit, Agamemnonem ipsum nil mali suspicantem domum suam duxit lautisque epulis exceptum foede trucidavit „ὣς τις τε κατέκτανε βοῦν ἐπὶ φάτνῃ³⁾“. Quod apparet ab Homero Agamemnonis caedis auctorem appellari Aegisthum, qui cupiditate et animo prorsus nefario⁴⁾ commotus Clytaemnestrae mores corrumperet et consilium Agamemnonis interficiendi caperet et id quod excogitaverat per dolum et insidias perficeret⁵⁾. At Clytaemnestram ut culpae insontem esse existimet Homerus tantum abest, ut eam ipsam coniugem occidisse dicat. Nam etiamsi primo summa fide amicitiam servaret Agamemnoni, tamen postquam secuta est Aegisthum, omnis fidei et amoris oblita⁶⁾ perditis moribus erat⁷⁾, quae Cassandram ante oculos Agamemnonis necaret eiusque gladium removeret⁸⁾, ita ut Agamemno, apud Inferos ab Ulixee rogatus, quomodo interiisset, plane diceret a Clytaemnestra se esse interfectum⁹⁾.

Orestem, quem Agamemno puerum domi reliquisset¹⁰⁾, iam priusquam pater rediret, domo profugisse non ignorat Homerus¹¹⁾; sed minus accurate cognoscere licet, ubi terrarum peregrinatus sit, quia dubium est, utrum Od. III, 307 Homerus ipse scripserit „ἄψ ἀπ' Ἀθηναίων“, id quod nunc quidem plerumque scribitur ab iis, qui Homeri carmina ediderunt, an Zenodoto auctore recte legamus „ἄψ ἀπὸ Φωκίων“¹²⁾, an alia verba substituenda sint. Certe Orestes anno octavo, postquam Agamemno trucidatus erat, domum redire patris caedem ultus est ita ut Aegisthum et Clytaemnestram interimeret¹³⁾. Matrem enim una cum adultero ab Oreste necatam esse, etsi non dicit Homerus, tamen quin senserit non dubium mihi videtur esse. Officium erat filii patris caedem ulcisci: num autem Orestes ei officio satis fecisset, si aut Clytaemnestrae pepercisset aut servo mandavisset ut eam necaret, quam insontem caedis Agamemnonis fuisse omnino negat Homerus et appellat „μητέρα στοργερήν“? Accedit, quod scriptum videmus ipsum Orestem sepulcrum et Aegisthi et Clytaemnestrae epulis celebrasse¹⁴⁾. Quod autem Homerus, etiamsi non ignoraret, non dixit Clytaemnestram ab Oreste esse interfectam, non praeter-

1) Od. III, 265 s.: ἡ δ' ἦτοι τὸ πρὶν μὲν ἀναίνετο ἔργον ἀεικέε,

διὰ Κλυταμνήστρη· φρεσὶ γὰρ κέχρητ' ἀγαθῆσιν.

2) Od. III, 263—272.

3) Od. IV, 524 ss.; XI, 409 ss.

4) Od. I, 34: „σφῆσιν ἀτασθαλίησιν.“

5) Cf. Od. III, 194. 303: „ἐμήσατο λυγρὸν ὄλεθρον;“ qua de causa δολόμεγες ab Homero appellatur Od. I, 300; III, 198. 308; IV, 525.

6) Od. XI, 425. 452 ss. Cf. Nitzsch Sag. d. Gr. p. 521.

7) Od. IV, 92; XI, 410 („ὄλομένη ἄλοχος“). 424 („ἡ κυνῶπις“). 432 s. („ἡ δ' ἔξοχα λυγρὰ ἰδοῖα | οἷ τε κατ' αἰσχος ἔγευε“).

8) Od. XI, 424.

9) Od. XI, 429. 453; IV, 92.

10) Il. IX, 142 s.

11) Od. I, 41; XI, 459 ss.

12) Cf. Schneidewin Soph. El. 7. Aufl. v. Nauck p. 6: „Kehrt Orestes in der Odyssee III, 307 von Athen heim, so kann diese Sage kaum für alt gelten, da das Epos eine Sühne des Orestes, wodurch er von der Tragödie mit Athen verknüpft wird, nicht kennt. Doch hat wol erst eine dem spätern Mythos zu Liebe gemachte Interpolation das echte Lokal verdrängt: ob die Lesart des Zenodotos ἄψ ἀπὸ Φωκίων das ursprüngliche gibt, lässt sich nicht ausmachen“. Cf. Müller Aesch. Eum. p. 132. Keck Aesch. Ag. p. 2.

13) Od. I, 40 ss.; III, 196 s. 306 ss.

14) Od. III, 309 s. Cf. Welcker der epische Cycelus I p. 298: „Da eine solche Hauptsache wie der Mord der Clytaemnestra nicht als irgend etwas zufälliges irgend einer namenlosen Nebenperson zugeschoben werden kann, so ist es vollkommen klar, dass Homer von dem Muttermorde des Orest wuste. Ein so bestimmter Typus liegt in gewissen altgriechischen Sagen, dass man ebenso gut zweifeln dürfte, ob lebendigen Organismen manche Teile erst später von aussen angewachsen seien als dass in jenen gewisse Punkte nicht in ursprünglichem Zusammenhange unter einander stünden“.

mittendum videtur illo loco Nestorem loqui et Orestem laudibus efferre eo consilio, ut eius exemplo Telemachum excitet, ut ab inimicis suae domus eandem poenam repetat, qua Aegisthū affecerit Orestes. Nam vindictam illam Orestis iustissimam iudicari ab Homero eo efficitur, quod dicit poeta ob id facinus Orestem maximam cepisse gloriam¹⁾. Talis est Orestes, quem Homerus pinxit, vir maxima gloria dignus, cuius neque animi vires neque corporis debilitantur²⁾, profecto ἦρωσ, qui Aeolum veterum praeclarus dux dicitur fuisse³⁾.

II.

Ad cas fabulas, quae apud Homerum feruntur de caede Agamemnonis et vindicta Orestis, poetae epici, qui post Homerum fuerunt, vix aliquid gravius addiderunt; nam id quod auctor Alcmæonidis⁴⁾ narrat Atreum, Agamemnonis patrem, cum inter ipsum et Thyestem Aegisthi patrem lis pernicioosa esset orta de agno aureo ab Herma inter greges immisso, Thyestis mactavisse filios, nihil pertinere videtur ad fabulam nostram, quae de caede Agamemnonis ab Aegistho facta apud epicōs fertur poetās, quia illa aetate hominum mentem nondum imbuerat opinio filiis delictorum patrum poenas esse solvendas⁵⁾. Stasinus poeta in Cypriis, quae vocantur, carminibus memoriae prodidit ab Agamemnone, cum in Aulide superba voce Artemidem offendisset, Calchante auctore Iphigeniam filiam per fraudem in castra ductam esse, ut mactaretur⁶⁾; sed ea re gravissimum in se admisisse Agamemnonem scelus, cuius poena ei domum reduci solvenda fuisset, nec dicit poeta nec verbis eius licet effici. Superbiae iam satis magnam poenam dederat Agamemno, cum et exercitus maximis angustiis premeretur et ipse valde doleret, quod filiam interficere cogeret; etiāsi autem rex foedum illud sacrificium fecisse sibi videbatur omnesque Graecorum principes Iphigeniam mactatam esse existimabant⁷⁾, poeta non ignorat Iphigeniam ab Artemide mirum in modum servatam esse: ergo fieri non potuit, ut poetae epici id, quod re vera a rege non esse commissum scirent, ei crimini ducerent⁸⁾. Neque aliter sentit Agias Troezenius in carmine, quod inscribitur „Νόστοι“ sive „Ἀτρειδῶν κάθοδος“, Agamemnonem, cui iam Troia proficiscenti mortuus Achilles esset mortem auguratus, domi miserrimum in modum ab Aegistho et Clytaemnestra interfectum esse; quamquam enim Troia capta magnam gloriam peperisset, tamen non licuisse ei secunda fortuna uti, quia stomachum Athenae movisset et cum fratre de reditu esset rixatus⁹⁾. Certe hoc constat inter epicōs poetās et Agamemnonem regem ὑπὲρ

¹⁾ Od. I, 30. 298 ss.

²⁾ Müller Aesch. Eumen. p. 177 dicit Homerum non ignorare a Furiis vexatum esse Orestem, sed ideo non commemorare, quia inter epulas demum, quibus Orestes sepulcrum Aegisthi et Clytaemnestrae celebravit, Furiae eum oppresserint (Eurip. Orest. ed. Hermann vs. 34 ss. 391). At mihi quidem videtur Homerus poenam illam Orestis prorsus ignorasse, quia Orestem maximis laudibus extulit, quippe qui patrem ultus esset. Cf. Nitzsch Sag. d. Gr. p. 396. 471.

³⁾ Cf. Grote Gesch. Griechenlands 2. Aufl. übers. v. Meissner 1850 I p. 132. 404. Pind. Nem. XI, 34s. Hellanicus ed. Didot fragm. 114.

⁴⁾ Tradidit Dionysius ὁ κωμολογῆσας, cf. Schol. in Eur. Or. ed. Dindorf p. 251: „ἀκολουθεῖν δοκεῖ τῷ τῆν Ἀλκμαωνίδα πεποικῆσθαι εἰς τὰ περὶ τὴν ἄρνα, ὡς καὶ Διονύσιος ὁ κωμολογῆσας φησὶ“. Welcker der epische Cycl. II p. 389. Nitzsch Sag. d. Gr. p. 521. Schneidewin Soph. Electra p. 5.

⁵⁾ Illam opinionem constat neque prius latam neque accuratius probatam esse ab ullo poeta, quam a Solone Eleg. XIII (IV) vs. 29 ss. (Bergk poet. lyr. Gr. 3. ed. II p. 424):

ἀλλ' ὁ μὲν αὐτῶν ἔτισεν, ὁ δ' ὕστερον· εἰ δὲ φύγωσιν
αὐτοί, μηδὲ θεῶν μοῖρ' ἐπιούσα κίχη,
ἦλυθε πάντως αὐθις· ἀνάτιοι ἔργα τίνουσιν
ἢ παῖδες τούτων ἢ γένος ὦν ὀπίσω.

⁶⁾ Cf. Welcker d. ep. Cycl. I p. 309; II p. 101 s. Schœne Eur. Iph. i. Taur. p. 28.

⁷⁾ Cf. Welcker d. ep. Cycl. II p. 102. Schoene l. l.

⁸⁾ Cf. Nitzsch Sag. d. Gr. p. 471. Joh. Tzetzae Antehomerica cet. ex recens. Imm. Bekkeri 1816: ἐκ τῆς Πρόβλου χρηστομαθείας p. IX. Schoene Eur. Iph. i. Taur. p. 28.

⁹⁾ Cf. Welcker d. ep. Cycl. I p. 278 ss. Schneidewin Soph. El. p. 4 s. Nitzsch Sag. d. Gr. p. 522. Tzetzes l. l. p. XII.

μόρον necatum esse et Orestem cum patris necem ulcisceretur maxima dignum fuisse laude; Orestem poenam dedisse, ita ut a Furiis vexaretur, memoriae non prodiderunt poetae epici¹⁾.

At poetas lyricos, quos quidem illis fabulis operam dedisse constat, Stesichorum et Pindarum²⁾ hoc illudve aliter conscripsisse ac poetas epicos statim videbimus³⁾. Ac primum quidem et Stesichorus et Pindarus dicunt Clytaemnestram ipsam Agamemnonis caedem perfecisse, non adductam ab Aegistho, sed ipsam per se ut odio Agamemnonis ita amore Aegisthi incensam⁴⁾. Quae cum ita sint, tamen nec Stesichorus nec Pindarus omnem eius delicti culpam in Clytaemnestram transferunt: Stesichorus enim affert et ad odium Agamemnonis et ad amorem Aegisthi concitatum esse Clytaemnestram ab Aphrodita, quae ira commota, quod Tyndareus Clytaemnestrae pater ceteris diis dona dedisset, ipsi non dedisset, filias eius „διγάμους καὶ τριγάμους καὶ λιπεσάνηρας“ fecisset⁵⁾. Pindarus autem dubitat, an hanc ab causam Clytaemnestra iracundia exarserit, quod Agamemnon mactaverit Iphigeniam filiam⁶⁾.

Deinde Stesichorus docuit, ut Clytaemnestra, quippe quae gravissimae culpa conscia sibi esset, per somnum angoribus conficeretur atque timore perterreretur, ne Orestes filius poenas a se repeteret⁷⁾, qui post Agamemnonis caedem a nutrice⁸⁾ esset servatus. Atque Pindarus addidit Orestem in Phocide prope Apollinis templum apud Strophium versatum esse⁹⁾, dum domum rediret et Clytaemnestram Aegisthumque interficeret¹⁰⁾. — Denique ante omnia hoc non neglegendum videtur, quod Stesichorus memoriae tradidit, Orestem matricidii poenas solvisse, ita ut a Furiis agitaretur, et ab

¹⁾ Id argumentis satis confirmavisse mihi videntur Welcker d. ep. Cycl. I p. 299, Nitzsch Sag. d. Gr. p. 464. 521 s.

²⁾ Stesichorus in carmine, quod vocatur Ὀρεστεία, Pindarus in XI carmine Pythico, ubi significat locum, quo Thrasydaeus Thebanus vicit „ἐν ἀνεναῖς ἀρούραισι Πυλάδα | νικῶν ξένου Λάωνος Ὀρέστα“ (vs. 15 ss.), fabulam illam tradidit. Iam ante Stesichori aetatem Orestis laudes carmine celebravit Xanthus poeta, qui memoriae prodidit filiam Agamemnonis, quae Λαοδία vocatur ab Homero, ab Argivis appellatam esse Electram, quippe quae ab Aegistho et Clytaemnestra cogeretur diu nuptiarum expers esse („ἄλεκτρα γηράσκων ἀνομέναιά τε“). Cf. Aelian. Var. hist. IV, 26. Bergk poet. lyr. Gr. III p. 973. Schneidewin l. l. p. 30. Westrik l. l. p. 58.

³⁾ Cf. Bergk i. d. Zeitschr. f. A. 1850 p. 406: „So reich der Stoff war, den die griechische Mythenwelt bot, so ist doch jeder — wiederholt von den Dichtern in den verschiedenen Formen behandelt worden. — Der lyrischen Poesie fällt hiebei ein sehr wesentlicher Anteil zu, den man nicht nach Gebühr gewürdigt hat: die Leistungen der attischen Tragiker ruhen, was die Behandlung des Stoffes anbelangt, ebenso sehr auf den Arbeiten ihrer unmittelbaren Vorgänger, der chorischen Lyriker, als auf dem Grunde des nationalen Epos.“

⁴⁾ De Stesichoro cf. Nitzsch Sag. d. Gr. p. 465. Schneidewin l. l. p. 5. Schoene l. l. p. 29. Pindar Pyth. XI, 20 s.

⁵⁾ Stesichorus fragm. 35 (Bergk poet. lyr. Gr. III p. 984 s.).

⁶⁾ Pindar Pyth. XI, 23 ss:

πότερόν νιν ἄρ' ἱεργένοι' ἐπ' Ἐυρίπῳ
σφαχθεῖσα τῆλε πάτρας ἔκτισεν βαρυπάλαμον ὄρουσι χόλον;
ἢ ἑτέρῳ λέχει θαμαζομέναν | ἔννοχοι πάραγον κοῖται;

Cf. Schneidewin l. l. p. 6. Schoene l. l. p. 30. — Stesichorus eodem modo Clytaemnestram excusaverit (Schoene l. l. p. 29) necne nullo modo potest diiudicari.

⁷⁾ Cf. Plutarch Mor. p. 555 A (Wyttenbach III, 1 περὶ τῶν ὑπὸ τοῦ θεοῦ βραδέως τιμωρουμένων p. 238): „ὥστε πρὸς τὰ γινόμενα καὶ πρὸς τὴν ἀλήθειαν ἀποπλάττεσθαι τὸ τῆς Κλυταμνήστρας ἐνύπνιον τὸν Στεσίχορον οὕτωσίπως λέγοντα“

τὰ δὲ δράκων ἐδόκησε μολεῖν βεβροτωμένος ἄκρον
ἐκ δ' ἄρα τοῦ βασιλεῦς Πλειστενίδας ἐψάνη.“

Πλειστενίδας nominatur Orestes, quia avo eius Atreo, qui Thyestem fratrem opibus superaret, cognomen erat Pleisthenes. Id Stesichorum certe et Aeschylum sensisse de progenie et cognatione Pelopidarum gravissimis confirmavit argumentis Keck Aesch. Agam. p. 5.

⁸⁾ Quae a Stesichoro Λαοδάμεια, a Pindaro (Pyth. XI, 17) Ἀρσινόη appellatur. Cf. Scholia Graeca ad Aeschylum ed. Dindorf 1851 p. 122 (Choeph. 733): „Κίλισσαν δὲ φησι τὴν Ὀρέστου τροφόν, Πίνδαρος δὲ Ἀρσινόην, Στεσίχορος Λαοδάμειαν.“

⁹⁾ Pind. Pyth. XI, 34 s.

¹⁰⁾ Pind. Pyth. XI, 37.

Apolline, qui patronus eius esset, arcum et sagittas accepisse, quibus a trucibus deabus se defenderet¹⁾. Quo facile intellegitur ea aetate, quae mystica appellatur²⁾, homines officium patris ulciscendi non tanti aestimavisse, ut Orestem matricidam summis laudibus dignum esse putarent, sed iam pietate, verecundia, humanitate adductos esse, ut matricidium utique scelus arbitrarentur et matricidam, etiamsi patrem ultus esset, detestarentur, neque quemquam iam dabitavisse, quin homo flagitiosus poena, qua dei eum affecissent, non posse liberari nisi opera deorum³⁾.

III.

Iam vero assecuti esse videmur ea, quae de caede Agamemnonis et vindicta Orestis poetae et epici et lyrii sibi finxerint, qui fuerunt usque ad id tempus, quo Aeschylus ad illas fabulas aggressus est, qui earum copiam, quam quidem antiquitus traditam acceperat, suo Marte nova ratione immutavit. Nam ut ipse erat severissimus atque gravissimus, ita noluit in fabulis, quas ipse doceret, quidquam inesse, quod vel iustitiae sanctitatisque deorum repugnaret vel homines incitaret, ut pietatem et sanctitatem pro nihilo aestimarent. Itaque constat Aeschylus poenas solvere neminem nisi qui culpam meruerit⁴⁾; attamen quae admittatur culpa, non tam dicit hominis esse singularis, sed vigentis per totam gentem potestatis noxiae, cuius personam agi δαίμων γέννας sive ἀλάστωρ⁵⁾. Hoc quidem non sentit Aeschylus totam gentem, in qua vigeat genius ille ultor⁶⁾, sub eius dominationem esse subiectam neque usquam libera animi voluntate uti posse⁷⁾; sed quisquis sua sponte modo secum consideraverit, scelus committat necne, hunc a genio ultore vecordia incitari, ita ut non iam possit resistere⁸⁾. Ante omnia vero genii illius esse et filios et nepotes etiam atque etiam incitare, ut ius talionis exsequantur neque ullum scelus inultum patiantur⁹⁾; qui vero genio obsecutus sit, hunc a Furiis, quas ἀλάστωρ excitet, agitari¹⁰⁾ neque carpere quietem, nisi a diis ipsis adiuvetur, qui cum recte diiudicent inter fas et nefas, ei, cuius mores non plane corrupti sint, crimen possint condonare Furiisque persuadere, ut eum desistant persequi ac patiantur se honoribus coli divinis¹¹⁾.

¹⁾ Schol. in Eurip. Or. ed. Dindorf p. 96: „Στησιγόρφ ἐπόμμενος τόξα φησὶν εὐληθένα αὐτὸν παρὰ Ἀπόλλωνος.“ Cf. Bergk poet. lyr. III p. 986.

²⁾ Cf. Lobeck Aglaoph. I, 312 ss. Nitzsch Sag. d. Gr. p. 430 s. 474.

³⁾ Cf. Nitzsch Sag. d. Gr. p. 465, 513. Schneidewin Soph. El. p. 5.

⁴⁾ Aeschylus tragg. rec. G. Hermann, Agam. 1531. Cf. Dronke die religiösen u. sittlichen Vorstellungen des Aeschylus u. Sophokles: Fleckeisen Jahrb. f. class. Phil. u. Paed. Suppl. IV p. 19. 38.

⁵⁾ Aesch. Ag. 140 s. 1444 s. 1469 s. — Nomen ἀλάστωρ derivatum esse a verbis ἀλάσμαι, ἀλαῖνω demonstravit Keck (Aesch. Ag. p. 18 s.) auctoribus et veteribus — Schol. Eur. Hec. ed. Dindorf p. 393. Schol. in Soph. trag. ed. Elmsley 1826 p. 191 (ad Trach. 1237) — et recentioribus — Blomfield Aesch. Pers. Leipz. 1823 p. 182. Stephan. Thesaurus vol. Ia p. 1402 s. Nitzsch Sag. d. Gr. p. 525. — Quo nomine primum quidem is significatur, qui insania pellit nec patitur quiescere eum, qui scelus commisit; ab uno Aeschylus ἀλάστωρ appellatur δαίμων γέννας, quippe qui non solum ipsum maleficum agitet et insania vexet, sed etiam filios et nepotes irriter atque incitet, ut scelera in se admittant. Cf. Keck Aesch. Ag. p. 20 s. Nitzsch Sag. d. Gr. p. 526.

⁶⁾ Genius ultor vocatur ἀλάστωρ ut memor peccatorum neque inultum quidquam patiens. cf. Naegelsbach de religionibus Orestiam Aeschylus continentibus p. 8.

⁷⁾ Aesch. Ag. 1473 s. Cf. Dronke l. l. p. 48 s. Nitzsch Sag. d. Gr. p. 535 s. Keck l. l. p. 14 s.

⁸⁾ Aesch. Ag. 192—210, imprimis vss. 209, 210.

⁹⁾ Aesch. Ag. 1076 s. 1394 s. 1467 s. Cf. Dronke l. l. p. 45. Naegelsbach l. l. p. 8. 22. Nitzsch Sag. d. Gr. p. 476. 514.

¹⁰⁾ Aesch. Ag. 1529 s.; Choeph. 58 s. 395 s. 516 s. 629 s. 1020 s. 1051 s. 1059. 1070. Eumen. 41 s. 296 s. 318. 593. — Cf. Dronke l. l. p. 41. 45.

¹¹⁾ Aesch. Eumen. 66 s. 77 s. 218 s. 231 s. 277 s. 462 s. 568. 615—658. 726 s. 786 s. 882 s. Cf. Nitzsch Sag. d. Gr. p. 467. Dronke l. l. p. 55. — Quae dicit Blümner (Idee d. Schicksals bei Aeschylus p. 143): „Nicht der Fluch, der auf dem Hause lastet, nötigt seine Glieder zu Untaten; sie würden ihn abwenden, wenn sie besser wären; der Rachegeist, wenn er wirklich in dieser Familie waltete, konnte nur auf solche Menschen wirken“, recte improbat Naegelsbach l. l. p. 36: „Quot verba, tot errores; neque enim moribus hominum regitur Orestes, sed inde quod eorum, quae faciunt homines, ambiguum ius, anceps natura est, sive ut Nitzschii verbis utar, quod humana imbecillitas disceptanda inter se officia dirimere et verum optare non potest.“

Quodsi perspicuum est rationem ac iudicium Aeschyli mirum quantum discrepare a poetis et epicis et lyricis, equis miretur Aeschylum nonnulla de fabulis illis, quae de caede Agamemnonis et vindicta Orestis apud veteres ferebantur, aliter scripsisse, nonnulla ad eas fabulas addidisse vel novis argumentis confirmasse? Ac primum quidem Aeschylus dicit, Agamemnonem natum esse genere scelerato atque impio, quod odium deorum subiisset, quia gravissima scelera essent commissa. Thyestes, qui aegre ferret, quod maior pars regni paterni Atreo contigisset, eius uxorem Aeropam stupri consuetudine sibi conciliavit¹⁾, cuius opera fratrem regno omnibusque fortunis expelleret. Quo consilio cognito Atreus eum coegit domo et urbe cedere²⁾: at Aeropam, quam sive pudebat facinoris sive poenitebat, se suspendisse fertur³⁾. Stupro autem, quod Aeropam intulerat Thyestes, adductus Atreus scelestissimum facinus commisit, cum ille supplex rediret in patriam: simulans enim cum fratre in gratiam se redire occisos Thyestis filios in cena comedendos ei apposuit⁴⁾. Fieri non potuit, quin hanc Atrei culpam, quam poeta dicit *πρώταρχον ἄτην*⁵⁾, gravissimae poenae sequerentur: ubi primum Thyestes cognovit, quid Atreus fecisset, totum genus Pleisthenis sive Atrei execratus est, quo factum est, ut Furiae et genius ultor Atridarum domum ingrederentur. Ac Thyestem ipsum caedem filiorum ultum esse, nescio an dixerit Aeschylus: commemoravit enim cum alia facinora nefaria, quae commissa essent in genere ac domo Atridarum, tum viri cuiusdam caedem (*ἄνδρος σφαγῶν* Ag. 1051), quae cum caede liberorum Thyestis (vs. 1055) videtur coniungenda⁶⁾; certe scriptum videmus⁷⁾ Thyestem una cum Aegistho admodum puero ab Agamemnone expulsus esse, quia nimirum Atreo occiso rerum potitus esset⁸⁾. Verum enimvero poena illa, quae quidem ab Atreo ipso erat data, non satis magna putabatur, sed sceleris illius ab Atreo commissi oportebat a filio quoque expeteretur poena, cuius in domo vigentem cernimus auctoritatem Furiarum et genii aedibus infensi, qui potestate, quam primo scelere adepti sunt, magis magisque utuntur⁹⁾. Itaque Agamemnoni, priusquam ipse culpam in se admisisset, prodigium illud aquilarum gravidas lepores comedentium ut spem victoriae ostendit ita nuntiavit Artemidem Atridis succensere¹⁰⁾, non solum quod provideret Atridas, si Troiam cepissent, moderationis oblituros victoriae esse abusuros¹¹⁾, sed etiam quod memoria teneret Atreum patrem liberis, quippe qui in ipsius tutela essent, mactavisse¹²⁾.

¹⁾ Aesch. Ag. 1151 s.

²⁾ Aesch. Ag. 1551 ss.

³⁾ Aesch. Ag. 1050. Non dubito, quin recte sentiat Klausen (Aesch. Ag. p. 224 s.) *ἀρτάναι* referri ad mortem Aeropae. Cf. Keck Aesch. Ag. p. 375: „Ja es wäre unverantwortlich die Ueberlieferung des Med. hier anzutasten, zumal da das fragliche Wort vom Scholiasten in Uebereinstimmung mit Hesych erklärt wird *ἀντί τοῦ ἀγγόνη*. Aber dies Scholion zeigt, dass man früher verstanden hat *ἀρτάναι*, dass also *ἀρτάναι* nur auf einem ganz gewöhnlichen Lesefehler beruht.“ Quare corrigit Keck vs. 1050: „*αὐτοφύνα καὶ ἔδρακ' ἀρτάναι*, es (vid. domus Atridarum) sah den Selbstmord durch den Strang.“

⁴⁾ Aesch. Ag. 1055 ss. 1176 ss. 1201 ss. 1558 ss. Choeph. 1065.

⁵⁾ Aesch. Ag. 1151. Non recte sentit, ut opinor, Nitzsch (Sag. d. Gr. p. 524) Aeropae adulterium vocari ab Aeschylo „*πρώταρχον ἄτην*“; dicit enim poeta Furias cum hominum sanguinem bibissent (*πεπωκώς βρότειον αἷμα*) in domo Atridarum manere et celebrare *πρώταρχον ἄτην*; praeterea autem interdum (*ἐν μέρει*) eas ira adulterii illius incendi. Accedit quod iterum ac saepius docet Aeschylus caedem filiorum Thyestis causam fuisse omnium malorum, non adulterium Thyestis: Ag. 142 s. 1145 ss. 1297. 1468 ss. 1480. 1566 ss. Cf. Keck. l. l. p. 395 s.

⁶⁾ Cf. Keck l. l. p. 374 s.

⁷⁾ Aesch. Ag. 1573 s.

⁸⁾ Cf. Klausen l. l. p. 226 s.

⁹⁾ Cf. Klausen l. l. p. XVIII.

¹⁰⁾ Aesch. Ag. 107 ss. Cf. Klausen l. l. p. 112: „Calchas, qui his aquilis Atridas designari intellexit, Troiam hac expeditione iusto tempore eversum iri praedixit veritus simul, ne exercitum perturbaret ira divina, invidia Dianae, quae Atridis pariter infensa esset atque aquilis, quorum epulas odio haberet.“ — Cf. Welcker Trilogie p. 409.

¹¹⁾ Aesch. Ag. 119 s. 126. Cf. Schoemann des Aesch. Eumen. p. 2. 52 s.; Dronke l. l. p. 50; Keck l. l. p. 59.

¹²⁾ Aesch. Ag. 140 ss. Cf. Schoemann l. l. p. 52: „Von der durch Agamemnon erlegten Hindin leitet Aeschylus nie den Zorn der Artemis ab“; p. 55: „Er setzt statt des von der Sage überlieferten

At ne ipse quidem Agamemno culpa carebat: cum Aulide Graecorum naves adversis ventis retinerentur¹⁾ Calchante sacerdote vaticinante iram Artemidis non posse placari, nisi immolaret Agamemno Iphigeniam filiam, aliquamdiu recusabat vaticinio obtemperare, quia Themis prohiberet hoc fieri²⁾: tum veritus, ne socii domum redirent, ipse gloriam ac dignitatem amitteret, tandem a se impetravit, ut sacrificium pararet³⁾; ac statim genius aedibus infensus eum occupavit⁴⁾ atque adduxit, ut pietatis oblationem filiam per vim vinceret et crudelissime mactaret⁵⁾. Quod factum non modo Clytaemnestra, verum ne chorus quidem dubitat culpae dare patri⁶⁾. Deinde Troia expugnata tantum aberat ut Agamemno victoriae temperaret, ut deorum templa arasque everteret et multos homines trucidaret et coniuges liberosque in servitum abduci iuberet⁷⁾. Cum autem domum rediret, ambitione et superbia commotus summo honore affici se passus est, quo soli dei digni essent⁸⁾. Attamen non neglexit poeta dignitatem Agamemnonis augere: an dubitemus, quin virum divum⁹⁾, custodem regemque optimum¹⁰⁾, qui bonam erga cives prae se ferat voluntatem¹¹⁾, omnes magno amore amplexi sint¹²⁾?

Clytaemnestrae vero tam pravos depinxit poeta mores, ut dignissima videatur, quae omnibus in odium veniat. Ex quo Agamemno filiam mactaverat, omnis erga maritum amoris oblita id agebat, ut eo interfecto filiae caedem ulcisceretur¹³⁾. Cum primum autem animum induxit Agamemnonem necare, genius ultor eam adiuvit eique persuasit, ne consilium illud abiceret¹⁴⁾; atque ardenti ultionis cupiditate adducta est, ut adultera Aegisthum in domum suam reciperet, quia caedem paranti mulieri opus erat viri praesidio¹⁵⁾. Praeterea aegre ferebat, quod per longum tempus sola relicta omnibus voluptatibus careret¹⁶⁾, cum Agamemno in castris pulcherrimis familiariter uteretur feminis¹⁷⁾; sed vesana et obscena libidine Clytaemnestram ad caedem coniugis incitari non scriptum videmus in fabula Aeschylea¹⁸⁾. Quamvis igitur magnam operam daret, ut et consilium Agamemnonis interficiendi et ad-

Grundes lieber einen solchen, der ihm der Gottheit würdiger schien.“ Cf. Dronke l. l. p. 21. 50 s. Naegelsbach l. l. p. 6. 20.

¹⁾ Aesch. Ag. 175 ss.

²⁾ Aesch. Ag. 193 ss. 201—204, qui versus leguntur auctore Keckio (l. l. p. 251 s.):

παυτανέμου γὰρ θυσίας | παρθενίου θ' αἵματος ὄρ-
γᾶ περίοργος ὅτι γ' ἄπαυ- | ὁδ' ἑμίς· εὐ γὰρ εἴη.

³⁾ Aesch. Ag. 199 ss. 211 s.: ἔτλα δ' οὖν θυτήρ γενέσθαι θυγατρὸς | γοναικοποιῶν πολέμων ἀρωγαὶ καὶ προτέλεια ναῶν.

⁴⁾ Aesch. Ag. 209 ss. „βροτοὺς θρασύνει γὰρ αἰσχρόμητις | τάλαινα παρακοπὰ πρωτοπήμων.“ Cf. Dronke l. l. p. 50 s.

⁵⁾ Aesch. Ag. 214—235. 943. 1378 ss. 1394. 1489. 1522. — Cf. Gruppe Ariadne p. 570 s.: „So stirbt Iphigenie nichts weniger als freiwillig; sie wird zum Altar geschleppt, sie will sprechen, aber man verschliesst ihr den Mund, und nur mit Blicken kann sie die umstehenden zum Mitleid bewegen wollen, aber auch vergeblich.“ Cf. Naegelsbach l. l. p. 6. Schoemann d. Aesch. Eum. p. 3. Grieben de Aeschyli Orestia, Coeslin 1826 p. 12. Keck l. l. p. 67.

⁶⁾ Aesch. Ag. 140 s. 216. 223. 228 ss. 234 s. Cf. Naegelsbach l. l. p. 6. Keck l. l. p. 61.

⁷⁾ Aesch. Ag. 311 ss. 440 ss. 503 ss. 684 s. 785 ss.

⁸⁾ Aesch. Ag. 911 ss. Cf. Keck l. l. p. 125.

⁹⁾ Aesch. Ag. 1512.

¹⁰⁾ Aesch. Ag. 1415.

¹¹⁾ Aesch. Ag. 811 ss. Cf. Grieben l. l. p. 8.

¹²⁾ Aesch. Ag. 1483. 1513 ss.

¹³⁾ Aesch. Ag. 1378. 1394. 1490. Cf. Teuffel über die aeschyl. Promethie u. Orestie Tüb. 1861 p. 28. Keck Aesch. Ag. p. 8. 22. Nitzsch Sag. d. Gr. p. 253. Klausen Aesch. Ag. p. XVIII. Naegelsbach l. l. p. 34.

¹⁴⁾ Aesch. Ag. 1445 ss. 1467 ss.

¹⁵⁾ Aesch. Ag. 1397 ss. Cf. Keck Aesch. Ag. p. 22. Naegelsbach l. l. p. 34.

¹⁶⁾ Aesch. Choeph. 908.

¹⁷⁾ Aesch. Ag. 1402 s. 1409.

¹⁸⁾ Cf. W. v. Humboldt ges. W. T. III p. 4: „Einer Leidenschaft zu Aegisthos wird nirgends gedacht: gleiche Begierde sich zu rächen hat beide verbunden. Clytaemnestra erwähnt seiner nur als eines Beistandes, einer Stütze.“ — Dronke l. l. p. 50 s.: „Eine Benutzung des Verhältnisses zwischen Clytaemnestra und Aegisthos — hätte gar keinen Zusammenhang mit dem Wesen des Geschlechtsfluches gehabt.“ Cf. Naegelsbach l. l. Klausen Aesch. Ag. p. XVIII. Nitzsch Sag. d. Gr. p. 523. Dronke l. l. p. 50.

alterium celaret, tamen cives non ignorabant Clytaemnestram rem improbam moliri domumque Agamemnonis male administrari¹⁾. Callidissimam vero et atrocissimam se praebebat Clytaemnestra, cum de Agamemnonis reditu certior esset facta: magnopere gaudet, quod adsit ulciscendi tempus, quod diu expectaverat²⁾, simulque veretur, ne ulla res inopinata ulciscendi auferat facultatem³⁾. Quid? quod regem ipsum, cum in patriam rediisset, dissimulata malitia⁴⁾ atque ira, gaudio atque amicitia simulata⁵⁾ benigne accipit summisque, dum insidias parat, afficit honoribus⁶⁾? Quare non est, quod miremur Clytaemnestram a poeta consceleratissimam esse appellatam mulierem⁷⁾.

Aegistho tradidit Aeschylus in animo fuisse, ut iniurias patri illatas ulcisceretur et Agamemnone interfecto ipse rerum potiretur⁸⁾: sed non minus constat Aeschylō eum ignaviorem fuisse⁹⁾, quam ut ipse consilium caperet Agamemnonis de medio tollendi. Facultatem autem a Clytaemnestra datam arripere et Agamemnonis domum lectumque adulterio contaminare non dubitavit¹⁰⁾, cum speraret fore ut regnum adipisceretur¹¹⁾. Quare consilium coniunxit cum Clytaemnestrae consilio, ut per dolum et insidias necaretur Agamemno¹²⁾: ipsum autem Agamemnonem, cum adesset, non est aggressus nec domum revertit, priusquam ille esset mortuus. At Clytaemnestra regem summo splendore praeditum¹³⁾ maximo cum apparatu excepit¹⁴⁾ ac verbis honorificentissimis consecutus est¹⁵⁾, quo minus ei in ullam veniret suspicionem. Deinde in aedes regias deductum, cum in balneum ingressus esset¹⁶⁾, pallio retis modo maculis distincto per dolum implicuit, quo irretitum duobus plagis trucidavit¹⁷⁾. Ut autem furori satisfaceret, Agamemnonis corpus contumeliose truncatum vix sepulturae honore affici passa est¹⁸⁾. Denique ad tantam processit amentiam, ut gloriaretur hoc facinore, quippe quod prudens forte salutare iustum esset¹⁹⁾, atque contenderet se in perpetrando scelere non suam sed alienam gessisse personam genii ultoris, qui ut Atrei sceleris poenam repeteret ab Agamemnone, suam se transformasset in speciem²⁰⁾. Attamen ut Aeschylus dignam divinae iustitiae ministram iudicet Clytaemnestram tantum

1) Aesch. Ag. 19. 37, 593 s. 989 ss. 1145 ss.

2) Aesch. Ag. 585.

3) Aesch. Ag. 330 ss.

4) Aesch. Ag. 1332 ss.

5) Aesch. Ag. 565 s. 578. 862. 1195 s.

6) Aesch. Ag. 875 ss.

7) Aesch. Ag. 1187: *μισήτη κύων*; 1188: *αίμόρρους*; 1192 s.: *αμείσθαινα, Σκόλλα, ναυτίλων βλάβη*;

1194: *θόουσα Ἰδίου λητωρ*; 1217: *δίπους λέαινα συγκοιτωμένη λύκω*; 1427: *ἐν δόμοις Ἐρινός*. — Cf. Teuffel l. l. p. 28: „Clytaemnestra ist im Agamemnon ebenso grossartig angelegt, wie fein gezeichnet, ein schauerliches Bild tückischer Verruchtheit.“ Keck l. l. p. 22: „Das stempelt sie auch nach den Begriffen des Altertums zum Scheusal.“

8) Aesch. Ag. 142 ss. 1182 ss. 1550.

9) Aesch. Ag. 1183: *λέων ἀναλκίς*; 1594: *γόννις* (cf. Keck l. l. p. 466). Cf. Klausen Aesch. Ag. p. XIX: „Nihil in eo insigne nisi ignavia.“ Teuffel l. l. p. 30: „Aegisthus die feige Memme.“ Wissowa de Choeph. Aeschyl., Soph. et Eurip. Electra Loebischütz 1835 p. 17: „Aegisthus effeminatus dicitur.“ Nitzsch Sag. d. Gr. p. 523.

10) Aesch. Ag. 1323. 1595. Choeph. 992.

11) Aesch. Ag. 1589 s. 1607 s. Cf. Keck l. l. p. 23.

12) Aesch. Ag. 1576 s. Choeph. 126. 876. 972.

13) Cf. Nitzsch Sag. d. Gr. p. 522: „Wenn die Nösten von der traurigen Rückkehr der Achaeer berichten, der die Folge ist von dem Zorn der Athene und dem Zwist der Brüder, so hat Aeschylus mit seinem tragischen Kunstgedanken doch nicht diesen Hergang von Hintergrund seiner Darstellung gemacht, sondern es stellen die Exposition und die Chorgesänge den Sieglanz des heimkommenden als tragischen Gegensatz zu dem was sich bereitet ins Licht.“

14) Aesch. Ag. 873 ss.

15) Aesch. Ag. 825—870. 932 ss.

16) Aesch. Ag. 1087 s. Choeph. 485. Eum. 453. 624.

17) Aesch. Ag. 1074 s. 1086 s. 1342 s. Choeph. 421 s. 486 s. 975 s. Eum. 452. 625 s.

18) Aesch. Choeph. 434 ss. 425 s.

19) Aesch. Ag. 1334—1366.

20) Aesch. Ag. 1465 ss. Cf. Müller Aesch. Eum. p. 131: „Sie vermag ihr Gewissen durch eine Sophistik der Leidenschaft zu beschwichtigen, die Aeschylus mit tiefer psychologischer Kunst dargestellt hat.“ Cf. Naegelsbach l. l. p. 8.

abest, ut eam et huius sceleris ream faciat¹⁾ et nova quoque scelera in se admisisse dicat, cum maxime impiam se praerberet in liberos²⁾. Orestem enim filium, quem ipsa iam ante patris mortem domo relegaverat, ne scelesti ipsius consilia impediret, patria regnoque paterno carere cogebat³⁾: ac nuntio allato mortuum esse Orestem vix poterat gaudium dissimulare⁴⁾; Electram autem ancillae loco habebat⁵⁾. Sed non ab omni animi angore liberam fuisse Clytaemnestram cernimus ex somnio illo, quod a Stesichoro traditum prodigii incremento auxit Aeschylus, cum dicat draconem, quem peperisse Clytaemnestra sibi esset visa, cum mammam ei dedisset, simul cum lacte suxisse multum sanguinem⁶⁾. Quo ex somnio quod metu affecta sit Clytaemnestra, ne filius rediret vindex poenasque ab ipsa repereret⁷⁾, quis est qui miretur?

Jamque ipse aderat Orestes, qui a Strophio Agamemnonis hospite Crisae prope Apollinis templum educatus⁸⁾, constituerat patrem ulcisci, cum et ipse sanctum filii officium esse existimaret⁹⁾ et Apollinis iussis minisque¹⁰⁾ incitaretur. Electra autem, quae ad sepulcrum patris venerat, ut fatum suum quereretur deosque precaretur¹¹⁾, cincinnis et vestigiis, quae in tumulo conspecta Orestis esse censeret, excita in spem venerat fore ut mox ex miseriis eriperetur¹²⁾. Neque dubitavit Orestes statim quis esset quoque consilio venisset sorori dicere¹³⁾, quae laetitia exsultavit fratremque summo amore amplexa obsecravit, ut in proposito susceptoque consilio permaneret¹⁴⁾. Quare postquam deis in societatem ultionis advocatis¹⁵⁾ decreverunt Aegisthum atque Clytaemnestram per dolum interficiendos esse¹⁶⁾, Orestes et Pylades, qui fidelissimus amicus eum secutus erat, ad aedes regias accedunt¹⁷⁾. Superveniente autem Clytaemnestra Orestes simulat se hospitem Phocensem, cum Argos peteret, in itinere obviam ivisse Strophio cuidam Phocensi, qui mandavisset ipsi, ut de Orestis morte certiores faceret parentes¹⁸⁾. Quibus rebus cognitis Clytaemnestra cum gaudium vix posset dissimulare, statim Aegisthum iussit arcessi, qui solus domum ingressus, quo accuratius ex hospitibus percontaretur, ab iis trucidatus est¹⁹⁾. Matrem vero, quae filio urgente securim posceret vim vi scilicet repulsura, primo quidem dubitabat Orestes necare religione iniecta maternae mammae, quam protendit Clytaemnestra dicens fore ut poena laesae pietatis ab illo reperceretur gravissima²⁰⁾. Simul autem Pylades, qui non solum Orestis amicus, sed etiam Apollinis minister esset²¹⁾, mandata dei commemoravit, neglectis

¹⁾ Aesch. Ag. 1473 s. Cf. Dronke l. l. p. 47. Keck l. l. p. 23.

²⁾ Aesch. Choeph. 125 s. 185 s. 374. 413 s.

³⁾ Aesch. Ag. 844 ss. Choeph. 128 s. 781 s. — Coram Agamemnone simulat Clytaemnestra se filium relegasse metu commotam, ne cives ei iniuriam inferrent: Ag. 850 ss.

⁴⁾ Aesch. Choeph. 724 s.

⁵⁾ Aesch. Choeph. 123.

⁶⁾ Aesch. Choeph. 520—527.

⁷⁾ Aesch. Choeph. 517 ss.

⁸⁾ Aesch. Ag. 847 s. Choeph. 682: „ἔξω κομίζων ὀλεθρίου πηλοῦ πόδα.“ Quo factum est, ut mores eius non plane corrupti essent. Cf. Keck l. l. p. 17. Dronke l. l. p. 53.

⁹⁾ Aesch. Choeph. 1022 s. Cf. Schoemann Aesch. Eum. p. 76: „Zunächst treibt ihn das Gefühl der Pflicht (δίκη), und in noch stärkerem Masse (πλειστηρίζομαι vs. 1025) ist der Ausspruch des Apollo Motiv seiner Tat geworden.“ Cf. Dronke l. l. p. 53. Naegelsbach l. l. p. 7.

¹⁰⁾ Aesch. Choeph. 266 ss. 941. 1025 ss. Eum. 199 ss. 455 ss.

¹¹⁾ Aesch. Choeph. 116. 141 ss.

¹²⁾ Aesch. Choeph. 162 ss. 201 ss. 221 ss.

¹³⁾ Aesch. Choeph. 211 ss. 266 ss.

¹⁴⁾ Aesch. Choeph. 232 ss. 434 ss.

¹⁵⁾ Aesch. Choeph. 389 s. 450 ss. 473 ss.

¹⁶⁾ Aesch. Choeph. 550 ss.

¹⁷⁾ Aesch. Choeph. 641 ss.

¹⁸⁾ Aesch. Choeph. 654 ss.

¹⁹⁾ Aesch. Choeph. 824—864.

²⁰⁾ Aesch. Choeph. 884—918.

²¹⁾ Cf. Müller Aesch. Eum. p. 131: „In Krisa wohnt Orest als Verbannter, von hier begleitet ihn zur beständigen Erinnerung an die obliegende Pflicht, gleichsam als ein Diener Gottes, der Enkel des Krisos, Pylades. Diesen Zusammenhang der Sage prägt Aeschylos dem Zuschauer auf geistreiche und

matris minis ipsam quoque gladio interfecit¹⁾. Ita Orestes perfecerat et quod ipse iustum esse putabat et quod facere ab Apolline iussus erat: et constat Aeschylō Aegisthū et Clytaemnestram debitas et meritas poenas persolvisse, quippe qui et Agamemnonem trucidavissent et in cives crudelissime se gessissent²⁾. Tamen nihilominus non negat poeta matricidium esse immane detestandumque scelus³⁾ nec fieri posse, quin quod contra matrem expromserit Orestes ius talionis, id ad ipsum redundet ac poena laesae pietatis ab eo repositur⁴⁾. Ita Stesichori auctoritatem secutus Aeschylus memoriae tradidit Orestem agitari a Furiis, quae terrore ac metu eum afficiant neque quietem eum capere patiantur aut Delphis aut Athenis in templo Athenae⁵⁾. Sed tantum abest ut Aeschylus dicat Orestem cum impetum Furiarum senserit, sero et inutili luctui indulsisse et facti eum poenituisse, ut eum faciat constantem, fortem aeternaeque necessitatis legibus cedentem, quibus non possint homines resistere⁶⁾. Quae autem causa fuerit, quod Aeschylus talem fecerit Orestem, nos ignorare noluit poeta: etiamsi enim Orestem culpae universae reum facit⁷⁾, tamen non adeo sceleratum fuisse dicit, ut eum poena esse dignum ducat gravissima, primum quia, cum patris ulciscendi consilium ceperit, non ipse decreverit, sed Apollinem consuluerit iustum sit necne patrem ulcisci⁸⁾; deinde quia constet Orestem non insania illa trahi per genium ultorem⁹⁾, qua Clytaemnestra incitetur¹⁰⁾: quae res inde apparet, quod Orestis animus, cum in eo est, ut perpetret caedem, vacillat veritus matris sanguinem fundere. Qua de causa Aeschylus dignum putat Orestem, qui liberetur qua Furiae eum affecerant poena. Apollo igitur persuasit Orestis, ut Athenas fugeret et antiquum Athenae signum amplecteretur: quod si fecisset fore ut per ipsum et sororem liberaretur miseris et calamitatibus, in quas incidisset¹¹⁾. Quod cum audivisset Orestes duce Herma templum Athenae ingressus rogavit, ut a dea benigne exciperetur¹²⁾; Athene autem, quae civitatis patrona et summi iuris vindex esset, cum ipsa per se ius dicere neque vellet neque posset¹³⁾, duodecim in consilium vocavit cives optimos, qui recte et ordine iudicaret in Areopago¹⁴⁾. Quo in consilio cum Furiae negarent se Orestem quippe matricidam et sceleratissimum hominem e manibus esse emissuras¹⁵⁾, Apollo ipse causam Orestis dixit his fere verbis: Clytaemnestrae culpam fuisse graviolem, quia non modo coniugem interfecisset, sed eundem fortissimum et clarissimum ducem tum, cum laeto animo in patriam rediret, trucidavisset per dolum atque insidias; Orestis culpam esse leviolem, quia cum matrem interficeret patrem, quem pluris aestimari oporteret, ultus esset Apolline ac Iove auctoribus¹⁶⁾. Quibus rebus cognitis, cum duodecim illorum iudicum totidem censerent Orestem liberandum esse, quot censerent condemnandum esse, Athene suam ipsius tabellam Iove iubente adiecit illorum tabellis, qui liberari eum volebant: qua re significavit, utrum iudiciorum, quae

tiefe Weise ein, indem er den sonst fortwährend stummen Pylades bloß in dem Augenblicke, wo Orest von den schmerzlichen Bitten der Mutter fast erweicht wird und den Mord zu vollziehen zaudert, ermunternde Worte sagen lässt. Offenbar wird Pylades hier nicht um des Ruhms seiner Freundschaft willen, sondern als Mahner an Apollo eingeführt; aus demselben Grunde mußte er in den Eumeniden, wo Apollo selbst als Mahner des Orest auftritt, wieder verschwinden.“

¹⁾ Aesch. Eum. 582. Cf. Klausen Aesch. Choeph. p. XIX.

²⁾ Aesch. Choeph. 967 ss. 987 s. 1005. 1042 s. Eum. 103 s.

³⁾ Aesch. Choeph. 1004. 1012. 1070. Eum. 125. 154 s. 417. 595.

⁴⁾ Aesch. Eum. 175. 258 s. 266 s. 593. Cf. Teuffel l. l. p. 24: „Er hat ein unantastbar heiliges Naturgesetz verletzt“. — Wissowa l. l. p. 16. Naegelsbach l. l. p. 23. Schoemann Aesch. Eum. p. 23.

⁵⁾ Aesch. Choeph. 1020 s. 1051 ss. Eum. 41 ss. 296 s. 318.

⁶⁾ Aesch. Eum. 586. 600 ss. Cf. Klausen Aesch. Choeph. p. XX. Teuffel l. l. p. 31. Müller Aesch. Eum. p. 132 s. Westrik l. l. p. 154.

⁷⁾ Aesch. Eum. 447—457.

⁸⁾ Aesch. Choeph. 266 ss. 888 s. Eum. 199 ss. 457 ss. 569 s. 584. 606 s.

⁹⁾ Aesch. Eum. 418. Cf. Dronke l. l. p. 53.

¹⁰⁾ Aesch. Ag. 1222 s. 1337 s. 1440 ss.

¹¹⁾ Aesch. Eum. 77 ss.

¹²⁾ Aesch. Eum. 93 s. 234 ss.

¹³⁾ Aesch. Eum. 463—473.

¹⁴⁾ Aesch. Eum. 474 ss.

¹⁵⁾ Aesch. Eum. 575—598.

¹⁶⁾ Aesch. Eum. 615—658. Cf. Schoemann Aesch. Eum. p. 22 s.

pariter iusta esse existimarentur ab hominibus, a deis probaretur, qui maiore hominibus praediti essent sapientia¹⁾. Sic Orestes poena liberatus Argos redit regnumque paternum occupat²⁾; at Furias, quas usque ad id tempus opinio ferret summam atque infinitam habere potestatem eos homines, qui scelus admisissent, etiam invito Iove agitandi et exstinguendi, docuit Aeschylus sub ditioe atque imperio esse Iovis sapientissimi et prudentissimi, qui iis imperaret non modo ut homines poena afficerent, sed etiam ut eos adiuvarent regerentque disciplina, quippe quae non iam Furiae sed Eumenides vocari deberent neque quidquam antiquius haberent, quam ut virtutem ac salutem hominum magis magisque auferent³⁾. Quod autem finxit poeta in Areopago Orestis causam agi et prope Areopagum Eumenides esse summa religione colendas, non praetermittendum est, quas et quales homines populares eo ipso tempore, quo Aeschylus Orestiam traditur docuisse, vias rationesque sint ingressi, ut sanctissimam, quae Solone auctore ad tuendam veterem religionem morumque licentiam refrenandam aucta fuisset, Areopagi auctoritatem imminuerent et labefactarent. Iamque in Atheniensium civitate, quae multis ac diversissimis bellis magnam et copiarum et navium et pecuniae iacturam fecisset, ingruebat mentium quasi perversitas quaedam iudiciorumque depravatio, qua fiebat, ut ne ii quidem, qui magnam scientiam ostentarent, quid esset honestum probum, recte intellexerent: eo ipso tempore Aeschylus instituit cives suos adhortari, ut redirent ad sanio rem mentem et Areopagum in integram restituerent, quo firmiter atque certius omnis pacis iurisque fundamentum non posset inveniri⁴⁾.

IV.

Haec, quae apud Aeschylum feruntur de caede Agamemnonis et vindicta Orestis, num miremur Sophoclem⁵⁾ clariora ac graviora existimavisse, quam ut dubitaret Aeschyli auctoritatem sequi, cum

¹⁾ Aesch. Eum. 726 ss. 786 ss. — G. Hermannum non recte sentire cum Luciani (Pisc. 21. Harm. 3) auctoritatem secutus dicat maiorem iudicium partem censuisse, ut Orestes condemnaretur, paresque sententias esse non potuisse, nisi Athene suam ipsius tabellam adiecisset tabellis eorum, qui liberandum esse censerent Orestem, — necessarie videntur mihi demonstravisse Müller Aesch. Eum. p. 161; Nachtrag p. 40 ss. Schoemann Aesch. Eum. p. 83—94.

²⁾ Aesch. Eum. 747 ss.

³⁾ Cf. Grieben l. l. p. 19—21. Naegelsbach l. l. p. 24. Dronke l. l. p. 55. Nitzsch Sag. d. Gr. p. 467. 487.

⁴⁾ Cf. Grieben l. l. p. 23—25. Droysen Aesch. Trag. 3. Aufl. Berl. 1868 p. 554—566.

⁵⁾ Sophocle prius Euripidem fabulam Electram docuisse Gruppe (Ariadne p. 453—461) et Teuffel (l. l. p. 27) confirmant duobus his argumentis: primum nihil inesse in fabula Euripidis, quo efficiatur Euripidem Sophoclis fabulam legisse; deinde eum, cui persuasum sit Euripidem Sophocle posteriorem fabulam Electram docuisse, tacere non posse, quin Euripidis artem et scientiam vituperet, qui fabulam multo deteriorem docuerit quam Sophocles. Sic dicit Gruppe l. l. p. 461: „Es wäre unbegreiflich, wie Euripides nach diesem in jeder Rücksicht runden und mächtigen Kunstwerk eine Arbeit gemacht haben könnte, die in jedem einzelnen Punkte eine Verschlechterung und ich sage eine bewusste Verschlechterung gewesen sein müsste, denn Euripides hatte soviel Urteil wahrlich auch. Wäre dies der Fall, dann konnte Sophokles ihm unmöglich die Ehre erweisen, die er ihm wirklich nach seinem Tode erwies.“ Et Teuffel hasce causas affert (p. 27): Dass Euripides bei seiner Bearbeitung nur die des Aeschylus, nicht aber die des Sophokles schon vor sich hatte, ist zu folgern theils aus der grossen Schwäche der seinigen, vermöge der wir an seinem Urtheile und Verstande irre werden müssten, wenn er seine Elektra nach der viel vollkommeneren Sophokleischen dem Publikum vorzuführen gewagt hätte, theils daraus, dass die Elektra des Euripides ganz unverkennbar kritisierende Bemerkungen gegen die Choephoren enthält, wogegen Beziehungen auf die Elektra des Sophokles sich nicht erkennen lassen“. — At primum equidem non assentior iis, qui dicant — non modo Gruppe, Teuffel, sed etiam A. W. Schlegel (üb. dram. Kunst u. Litt. 1817 I p. 243 ss.) Bernhardt (Grundr. d. griech. Litt. 3. Bearb. 1872 II b, p. 489 ss.) — Euripidis Electram omnino pravam neque ulla laude dignam esse. Nam Euripidem constat non eodem spectavisse in fabulis docendis, quo Aeschylus et Sophocles spectaverunt, id quod accuratius infra demonstrabimus: ut autem Euripides fabula non omnino perfecta sit, tamen in hac quoque tragoedia consecutus est poeta, id quod animo proposuerat. Quid enim? Nonne iam Plutarchus (Lys. XV) tradidit Euripidis Electram magni esse aestimatam, cum dicat Phocensem quendam, qui bello Peloponnesiaco confecto Athenis canticum, quod invenitur in Euripidis Electra, recitasset, animos omnium, qui audirent, vehementer commovisse? Recte igitur fecisse mihi viden-

doceret fabulam, quae vocatur, Electram? Attamen facere non potuit, quin multa, quae Aeschylum memoriae tradidisse videret, vel praetermitteret vel commutaret, cum non idem quod Aeschylus propositum haberet demonstrare, ut tota gens Atridarum sub genii ultoris dominationem subiecta gravissima scelera admisisset, gravissimis poenis affecta esset, usque dum Orestes auxilio deorum expiatus liberaretur poena; Sophocles ante omnia id egit, ut doceret piam filiam, fidelem sororem omnes calamitates malaque omnia, quamvis magna essent, firmo ac constanti animo tulisse neque dubitavisse, quin futurum esset ut eis liberaretur¹⁾. Ad ea describenda cum ei non videretur opus esse omnibus illis rebus, quas Aeschylus tradidisset, iterum ac saepius Homeri atque veterum poetarum epicorum auctoritatem secutum eum esse iam videbimus.

Primum quidem etsi constat Sophocli mala non defuisse genti Pelopidarum²⁾, tamen non idem intellexit, quod Aeschylus, per genium aedibus Atrai propter cenam turpem infensum totam gentem esse incitatam, ut scelera admitteret; sed dicit caedem Myrtili, quem Pelops in litore vectus praecipitavisset in mare, originem fuisse irae deorum et omnium malorum, quibus Pelopis progenies esset afflicta³⁾. Alio loco poeta etiam adulterii Aeropae et cenae Thyestae mentionem fecit⁴⁾. De ipsius autem Agamemnonis culpa Sophocles non consentit cum Aeschylus, sed cum Stasino: neque enim crimini dedit Agamemnoni, quod filiam mactaret, cum et ira Artemidis et exercitus calamitatibus id facere cogere⁵⁾. Atque idem affert Sophocles, quod Stasinus in Cypriis, cur Agamemnoni Artemis succensuerit: Agamemnonem cum in deae nemore cervam cecidisset, artem suam teli coniciendi insolentius iactavisse⁶⁾. At Aeschylum qui dea hoc indignum putaret, quod ob eam rem iracundia exarderet, prorsus aliam causam attulisse, cur Artemidi Agamemno in odium pervenerit, supra demonstravimus⁷⁾. De Agamemnonis caede Sophocles eadem fere quae Homerus memoriae prodidit: Agamemnonem a Clytaemnestra et Aegistho per dolum captum in ipsius aedibus inter epulas turpiter trucidatum esse⁸⁾;

tur Westrik (l. l. p. 5 ss.) Minckwitz (l. l. p. 12 ss.) alii, quod negaverunt Euripidis Electram nulla dignam esse laude. — Tum contendo non deesse locos quosdam in Euripidis tragoedia, qui si conferuntur cum Sophoclis verbis, magno sunt argumento Euripidem id egisse, ut Sophoclis verba illustraret et patefaceret. Affero hos locos, quos maxime idoneos esse existimo ad illam rem probandam:

1. Soph. El. ed. Schneidewin 86 ss. Eur. El. ed. Hermann 59:

ὦ φάος ἄγνων
καὶ γῆς ἰσόμοιρ' ἀήρ, ὧς μοι
πολλῶν μὲν θρήνων ψδᾶς
πολλὰς δ' ἀντήρεις ἦσθου
στέρνων πληγὰς αἰμασσομένων.

γούους τ' ἀφίημι αἰθέρ' εἰς μέγαν πατρί.

2. Soph. El. 588 ss.: Eur. El. 60 ss.:

καὶ παιδοποιεῖς· τοὺς δὲ πρόσθεν εὐσεβεῖς
καὶ εὐσεβῶν βλαστόντας ἐκβαλοῦσ' ἔχεις.

ἡ γὰρ πανώλης Τυνδαρίς μήτηρ ἐμῆ
ἐξέβαλέ μ' οἴκων χάριν τιθεμένη πόσει·
τεκοῦσα δ' ἄλλους παῖδας Αἰγίσθου πάρα
παρέργ' Ὀρέστην καμὲ ποιεῖται δόμων.

3. Soph. El. 1487 s: Eur. El. 985 ss.:

ἀλλ' ὡς τάχιστα κτεῖνε καὶ κτανῶν πρόθεες
ταφεῦσιν, ὧν τόνδ' εἰκόσ' ἐστι τυγχάνειν.

αὐτὸν τὸν θανόντα σοι φέρω
δὴν εἴτε χρῆζεις θηρσὶν ἀρπαγὴν πρόθεες
ἢ σκόλον οἴωνεῦσιν αἰθέρος τέκνοις
πήξασ' ἔρεισον σκόλοπι.

Quare secutus auctoritatem virorum doctissimorum sentio Euripidis quam Sophoclis Electram esse recentiorem.

¹⁾ Bernhardt l. l. p. 190 ss. 320 ss. 347 ss.

²⁾ Soph. El. 1498 s.

³⁾ Soph. El. 504—515. Cf. Dronke l. l. p. 59: „Sophokles konnte, weil er von der inneren Motivierung absah, den auf dem Atridenhause lastenden Götterzorn wieder an die Greuelthat des Stammvaters Pelops anknüpfen“. Cf. Nitzsch S. d. Gr. p. 524.

⁴⁾ Soph. Aj. ed. Schneid. 393—96.

⁵⁾ Soph. El. 570—76. Cf. Schoene Eur. Iph. i. Taur. p. 31.

⁶⁾ Soph. El. 566—69. Callimachus Hymn. III εἰς Ἄρτεμιν vs. 263: „οὐδὲ γὰρ Ἄρτειδος ὀλίγω ἐπὶ κόμπασε μισθῶ“. Cf. Callimachea ed. Schneider I p. 30. 251. Welcker Tril. p. 408. Dronke l. l. p. 64.

⁷⁾ p. 9.

⁸⁾ Soph. El. 97 s. 124 s. 197. 203 ss. 263, 270 s. 485.

Clytaemnestram vero non modo coniugis caput tanquam ligna securi cecidisse, sed etiam corpus mortuum eius truncavisse Sophocles dicit Aeschylō auctore¹⁾.

Deinde non dubium est Sophocli, quin Clytaemnestra non sola cupiditate filiae ulciscendae sit incitata, ut Agamemnonem caederet: si enim ipsa Clytaemnestra iniuria illa atrocissima vehementer se excusatam vult²⁾, tamen poeta adulteram magis et libidinosam eam finxit, quam filiae nefarie macatae vindicem. An quisquam dubitaverit, quin poeta obscena libidine, non iusta iracundia commotam esse Clytaemnestram, ut coniugem interficeret, eo effici voluerit, quod adultero eidemque sceleris socio nupserit et liberos gignat, cum legitimos Agamemnonis liberos eiciat eisque dominam magis se praebeat quam matrem³⁾? Ita Sophocles non minus quam Aeschylus effecit, ut Clytaemnestra gravi poena dignissima videatur: nam tantum abest, ut eam poeniteat scelereum, ut anniversarium caedis Agamemnonis diem festis choreis celebret⁴⁾, ut Electram, quod patrem saepe defleat, non solum graviter increpet⁵⁾, sed etiam cibos ei et quae ad corporis cultum pertinent, detrahat⁶⁾, quin in specum includere eam statuerit⁷⁾. Nihilominus conscientia maleficiorum morderi Clytaemnestram e somnio illo licet intellegi, quod Sophocles si non minus ominosum at minus terribile finxit quam Aeschylus⁸⁾: cum enim per somnum vidisset Clytaemnestra Agamemnonis sceptrum frondescere, metum atque angorem, quibus movetur, aegerrime dissimulat⁹⁾.

Electram Sophocles primum quidem fidelem et piam facit filiam, quam eandem esse Aeschylus in Choephoris memoriae prodidit: ita non solum in maximis luctibus erat, quod pater nefarie trucidatus esset, sed etiam suam ipsius fortunam querebatur, quippe quae esset neglecta atque contempta, aedibus paternis fere expulsa ac vita tanquam privata¹⁰⁾. Cum autem invidia odioque arderet eorum, qui patrem occidissent, valde optabat ut frater rediret, deosque orabat et obsecrabat, ut caedem atque adulterium ulciscerentur¹¹⁾; nuntio vero allato mortuum esse fratrem luctui ac dolori indulget existimans diem supremum sibi esse obeundum¹²⁾ et Chrysothemem sororem¹³⁾ adhortatur, ut cincinnum, quem in Agamemnonis tumulo invenerat, pro nihilo habeat¹⁴⁾. Et novum quoddam addidit Sophocles in depingendis Electrae moribus, id quod in Aeschylī Choephoris scriptum non videmus: non satis habebat Electra queri et precari, sed tam forti animo erat, ut ulciscendi cupiditatem odiumque, quo arderet, et re et verbis patefacere nusquam vereretur. Nonne ipsa Orestem manibus Clytaemnestrae

¹⁾ Soph. El. 444 s. Aesch. Coeph. 434 s.

²⁾ Soph. El. 528—547. Cf. Schneidewin Soph. El. p. 31.

³⁾ Soph. El. 584—602. 197. Cf. Schneidewin Soph. El. p. 17. Naegelsbach l. l. p. 34. Dronke l. l. p. 50. Schoemann l. l. p. 53. Westrik l. l. p. 113.

⁴⁾ Soph. El. 271 ss.

⁵⁾ Soph. El. 298.

⁶⁾ Soph. El. 185 ss.

⁷⁾ Soph. El. 379 ss.

⁸⁾ Soph. El. 417—423. Cf. Gruppe Ariadne p. 6: „der Traum ist bei Aeschylus allzuhandgreiflich; hingegen ermangelt er bei Sophokles nicht jener Unbestimmtheit, die zu jeder poetischen Vorbedeutung erforderlich erscheint, zumal bedarf es jetzt noch erst des bösen Gewissens der Clytaemnestra, um ihn verhängnisvoll zu finden.“ Cf. Wissowa l. l. p. 12. Schneidewin Soph. El. p. 16.

⁹⁾ Soph. El. 406 ss. 426 s. 638 ss.

¹⁰⁾ Soph. El. 103 ss. 129 ss. 147 ss. 164 ss. 187 ss. 207 ss. 242 ss. 262 ss.

¹¹⁾ Soph. El. 164 ss. 303 ss. 110 ss. 209 ss.

¹²⁾ Soph. El. 674 ss. 788 ss. 821 ss. 1063 ss. 1136 ss. Cf. Wissowa l. l. p. 14: „Multo autem sapientius Agamemnonis instituisse mihi videtur, quod Electram et ipsam falso de fratris nece nuntio deceptam induxit. Ita vere plangentem eam videmus eique invento debemus celeberrimam illam et mollissimam Electrae cineres fratris manibus complexae lamentationem.“ Cf. Gruppe Ar. p. 8 ss.

¹³⁾ Aeschylus filias Agamemnonis commemorat nullas nisi Iphigeniam et Electram; Sophocles quattuor Agamemnonis filiarum facit mentionem, Chrysothemidis, Electrae, Iphianassae, — quae quidem tres ab Homero enumerantur Il. IX, 144 ss: Laodicea postea nominatam esse Electram supra demonstravimus p. 7. — Iphigeniae: nam distinxit Iphigeniam ab Iphianassa secutus Cypriorum auctorem. Cf. Hermann Eurip. Iph. Taur. p. XXXVI.

¹⁴⁾ Soph. El. 920 ss.

subduxit¹⁾? Non impedivit Chrysothemis sororem, quominus libamenta, quae Clytaemnestra misisset, in Agamemnonis sepulcro poneret²⁾? Non pariter verbis iterum ac saepius expressit, quantopere diligeret patrem, quantopere cuperet patrem ulcisci³⁾? Sororem timidam appellavit atque ignavam, quia iis, qui patrem necavissent, obtemperaret, non succenseret⁴⁾; Clytaemnestram obiurgavit, quod Agamemnonem nefarie occidisset, et coram dixit se nihil antiquius habere, quam ut patrem ulcisceretur⁵⁾; cum vero Orestem mortuum esse spemque ulciscendi omnem evanuisse crederet, vel una cum sorore vel solam poenas sumpturam se esse professa est⁶⁾, quo ignominia ignaviaeque crimine liberaretur⁷⁾. Quae cum ita essent, qui fieri potuit, ut Electra non sincero gaudio exsultaret, cum praeter opinionem videret fratrem adesse⁸⁾?

Orestes igitur, quem exsulem apud Strophium Electra per crebros nuntios certiore fecerat de rebus, quae gererentur Mycenis, adhortata ut rediret patrem ulturus⁹⁾, iam ipse animo proposuerat id facere, quia ipse intellexit Clytaemnestram et Aegisthum, cum Agamemnonem necarent, omne ius et humanum et divinum laesisse ac scelus commisisse, quo maius poenaeque gravissima dignius nemo posset committere. Quod autem Aeschylus memoriae prodidit, Orestem firmitate animi caruisse atque iussis et minis Apollinis commotum esse, ut matrem interimeret, id nusquam invenitur in Sophoclis tragoedia: sed adeo non dubitabat Orestes, quin ius fasque esset patrem ulcisci, ut maxima cum stabilitate ac constantia permaneret in proposito susceptoque consilio et ex Apolline non illud quaereret, utrum rem persequi ipsum oporteret necne, sed hoc tantum consuleret deum, quoniam modo poenas repeteret ab iis, qui patrem interfecissent¹⁰⁾. Cum autem deus respondisset Aegisthum et Clytaemnestram per dolum occidendos esse, rem quam proposuerat Orestes firmo ac constanti animo perfecit neque ab Electra neque a Pylade admonitus, ne officii oblivisceretur.

Nec praetermittendae sunt aliae quaedam res, quibus in describendis ab Aeschylus discrepat Sophocles: ac primum quidem Orestes in Sophoclis tragoedia alio utitur dolo, quo decipiatur Clytaemnestra, quae aut ignorabat Orestem Crisae apud Strophium Crisi filium versari, aut etiamsi non ignorasset, tamen non habuisset fidem nuntio, quem Strophius ipsi misisset, quippe qui esset amicissimus Apollini et Agamemnoni et Orestis, ipsi et Aegistho inimicissimus. Cum igitur inter veteres constaret Phanoteum sive Panopeum, qui Phanoteum (Panopen)¹¹⁾ urbem Phocensem imperio teneret, ut Criso fratri ita Apollini inimicum fuisse¹²⁾, Sophocles intellexit eum Clytaemnestrae et Aegisthi hospitem atque amicum esse necesse esse. Quare quo certius decipiatur Clytaemnestra paedagogum facit dicentem sibi a Phanoteo Phocensi mandatam esse, ut renuntiaret id quod ipse Delphis vidisset, Orestem mortuum esse. Quo nuntio allato Clytaemnestra, cum ei persuasum esset Orestem vita decessisse, ne illud quidem in dubium vocavit, quod rettulerunt Orestes et Pylades simulantes se a Strophio

¹⁾ Soph. El. 296 ss. 321. 1128. 1132. 1348 ss.

²⁾ Soph. El. 431 ss.

³⁾ Cf. Schneidewin Soph. El. p. 28 s. Wissowa l. l. p. 15 s. Westrik l. l. p. 166 s.

⁴⁾ Soph. El. 341 ss. 401.

⁵⁾ Soph. El. 581 ss. 601 ss.

⁶⁾ Soph. El. 955 ss. 977 ss. 1019.

⁷⁾ Soph. El. 987 ss. 1027. 1035. 1047. 1320 s.

⁸⁾ Soph. El. 1224 ss. 1232. 1253—73.

⁹⁾ Soph. El. 167 ss. 319 ss. 778 ss. 1154 ss.

¹⁰⁾ Soph. El. 32 ss. Cf. Schneidewin Soph. El. p. 27 ss.

¹¹⁾ Cf. Ovid Metam. III, 19. Livius ab urb. cond. XXXII, 18. Quae urbs graece vocatur Πανοπέως, Πανόπη, Φανοτέως; cf. Schneidewin Soph. El. p. 7. Stephan. Thes. VI, 156; VIII, 629.

¹²⁾ Cf. Müller Aesch. Eum. p. 132: „Phanoteus oder Panopeus, der feindselige Bruder des Krisos, der greise Beherrscher der gleichnamigen Stadt, in welcher nach den Traditionen der Gegend alle dem Apollo feindlichen Riesen und Kämpfer (Tityos, Autolykos, Phorbos, die Phlegyer) gehaust haben sollen.“ Pausanias Graec. descr. II, 29, 4: „Φώκω δὲ Ἄσιος ὁ τὰ ἔπη ποιήσας γενέσθαι φησι Πανοπέα καὶ Κρίσον· καὶ Πανοπέως μὲν ἐγένετο Ἐπειδὴ ὁ τὸν ἵππον τὸν δούρειον, ὡς Ὀμηρος ἐποίησεν, ἐργασάμενος, Κρίσου δὲ ἦν ἀπόγονος τρίτος Πυλάδης, Στροφιῶ τε ὦν τοῦ Κρίσου καὶ Ἀναξιβίας ἀδελφῆς Ἀγαμέμνονος.“ Cf. Gruppe Ar. p. 9. Schneidewin Soph. El. p. 7.

dimissos esse, qui cinerem mortui Orestis propinquis eius traderent¹⁾. Quod autem Sophocles scripsit Clytaemnestram ante Aegisthum esse interfectam, quid causae fuerit non est dubium: cum nollet demonstrare poeta Orestem matricidii poenam dare, facere non potuit quin fingeret Orestem, vix sui compotem, quoad iracundia odium ulciscendi cupiditas arderet, matrem²⁾, quippe quae graviolem culpam in se transtulisset, interimere, deinde cum irae iam moderatus esset, Aegisthum, quippe adulterum et ignavum tyrannum, tranquillo animo tanquam agitare atque morte afficere³⁾. Denique Sophocles non habuit, quod Orestem a Furiis agitari memoriae proderet, quia Homeri auctoritatem secutus id egit, ut hominibus persuaderet ius fasque fuisse Orestis matrem adulteram, quae coniugem trucidavisset, necare, qua re gens Atridarum, postquam multa mala accepisset, ad libertatem esset enisa⁴⁾. Ac ne populi quidem opinioni repugnabat Sophocles, cum id quod Aeschylus memoriae tradiderat, Orestem in Areopago poena, qua Furiae eum affecissent, liberatum esse, sui carminis quasi fundamentum faceret⁵⁾.

Verisimile est Sophoclem haud multo antequam de vita decessit, Euripidis tragoedia, cui nomen est Ἰφιγένεια ἢ ἐν Ταύροις, adductum esse ut fabulam „Χρύση“ doceret, in qua de sorte Orestis haec fere tradidisse dicitur: Orestem una cum Pylade in Tauricam profectum, cum per insidias et Iphigeniam sororem et Artemidis signum abduxisset, secundo vento in Sminthen insulam venisse ad Chrysen Apollinis sacerdotem. At Thoantem Taurorum regem, qui eos persecutus eodem venisset, a sacerdote postulavisse ut fugientes sibi traderet; cui cum Chryses obsecuturus esset, Chryseida filiam Chrysaë audivisse Iphigeniam et Orestem Agamemnonis liberos esse ac statim Chrysaë minori filio suo, quid veri esset, patefecisse: Chrysen Orestis fratrem, Agamemnonis filium esse. Qua re cognita Chrysen minorem cum Oreste fratre Thoantem interfecisse, Orestem cum Iphigenia et Pylade Mycenae incolentes pervenisse⁶⁾.

V.

Restat ut demonstremus, quid de caede Agamemnonis et vindicta Orestis memoriae sit proditum in tribus illis fabulis, quas docuit Euripides, Electra, Oreste, Iphigenia Taurica⁷⁾; quem poetam longe discrepare ab Homero, Aeschylus, Sophocle, quis est qui miretur? Neque enim ipse, qui doctrinae Anaxagorae maximam dedisset operam, tralaticias opiniones, quae de vita ac natura deorum heroumque ferebantur, veras putabat neque ignorabat multum abesse, ut populus fabulas illas veteres magni aestimaret ea aetate, qua pristina simplicitas et antiqua pietas magis in dies labefactata et paene

¹⁾ Soph. El. 44 ss. 680—763. 774 s. 1110 ss.

²⁾ Soph. El. 1404—1416.

³⁾ Soph. El. 1465—1507. Cf. Gruppe Ar. p. 18 s.: „Aegisth ist nicht zunächst der Schuldige, auf ihn kann unmöglich der erste Schlag der Rache fallen, nicht die erste Raserei eines tief empörten Gemüts. Ferner kann noch weniger die Mutter das zweite Opfer sein: sie kann fallen im ersten Aufschäumen einer ihrer selbst unmächtigen Leidenschaft; dagegen das zweite Opfer ist notwendig besonnener. — Echt tragisch schreckhaft und ganz an ihrer Stelle war bei ihm die Kälte, mit welcher Orest am Ende des Stücks den Aegisth zu dem ihm bevorstehenden Tode man kann nicht sagen führt, sondern hetzt.“ Cf. Wissowa l. l. p. 14 s. — Non recte Sophoclem vituperare mihi videtur Westrik cum dicat l. l. p. 180: „Tota Sophoclis fabulae ultima scena languet et friget, et cum omnia, quae pulchri sensum aut terrorem excitare possint, in praecedentibus iam exhausta sint, ita adiecta est, ut tanquam splendidae vesti adsutus pannus tragoediae finem dedecoret.“

⁴⁾ Soph. El. 1505 ss.

⁵⁾ Cf. Nitzsch Sag. d. Gr. p. 480: „Der weibliche Abscheu gegen die buhlerische und in ihrer verbuhlten Untreue und Rachsucht bis zur Mitwirkung zum Morde des Gatten getriebene Mutter, den Electra darstellt, er sollte vollkommen im Recht erscheinen, und dem Volksglauben gegenüber war die den Orest rechtfertigende Entscheidung des Areopags auch für die Darstellung des Sophocles gewissermassen Grundlage.“

⁶⁾ Cf. Hygin fab. 120, 121. Welcker gr. Tr. I p. 211. Schoene Eur. J i. T. p. 33 s.

⁷⁾ Omitto „Iphigeniam in Aulide“, quia non iam dubitatur, quin haec tragoedia, cui nomen est „Εὐριπίδου Ἰφιγένεια ἢ ἐν Αὐλίδι“, ab Euripide aliter esse conscriptam, atque nunc quidem videmus.

exuta esset, qua nihil non in dubium vocaretur, qua denique omnis iustitia sublata videretur¹⁾. Quare quoniam revocare pristina tempora nec volebat nec poterat, operam dabat in tragoediis, ut sapientiae ac probitatis amore civium animos imbueret, id quod efficere non posse sibi videbatur, nisi in fabulis ea omnia, quae impugnarent naturae vel hominum vel rerum, prorsus commutaret²⁾. Quo factum est, ut personas quoque, quas agentes fecit, non tam excelsas fingeret animique virtute aut constantia insignes, quam vulgares e foro et communi vita in scenam traductas³⁾, quare Sophocles dicitur dixisse ipsum hominum mores fingere, quales fingere poeta deberet, Euripidem, quales essent⁴⁾.

Ac primum quidem Euripides copiosius dicit de calamitatibus, quibus gens Pelopidarum sit afflicta, quippe quae scelera admisisset deisque odio fuisset⁵⁾. Tantalum inter epulas filium mactatum deis apposuisse dubitat Euripides an falso memoriae sit proditum⁶⁾; at constat ei iam Pelopem, qui Oenomaum et Myrtilum interfecisset⁷⁾, odium cum omnium deorum tum Hermae in se convertisse. Tum inter Pelopis filios perniciosam litem esse ortam de aureo agno⁸⁾ ab Herma inter Atrai greges immisso: qua re commotum Thyestem, quo facilius agnum suum faceret, Aeropam Atrai uxorem ad stuprum rapuisse⁹⁾, Atreum Thyestis filios mactatos in cena comedendos ei apposuisse¹⁰⁾. Inde fieri non potuisse, quin in gente Pelopidarum caedem caedes, calamitas calamitatem sequeretur¹¹⁾. Agamemnoni ipsi Euripides haud secus atque Aeschylus crimini dat, quod non dubitaverit filiam per fraudem Aulidem arcessitam¹²⁾ crudeliter mactare¹³⁾; nam etiamsi constat Euripidi Iphigeniam ab Artemide servatam, non ab Agamemnone mactatam esse¹⁴⁾, tamen multum abest, ut dicat Agamemnonem culpa vacare, cum non modo ipse id quod animo proposuisset, ut filium mactaret, perfecisse sibi videretur, sed etiam Graeci omnes pro explorato haberent Iphigeniam Aulide ab Agamemnone esse interfectam¹⁵⁾. Neque illud praetermisit Euripides, quod scriptum videmus apud Aeschylum et Sopho-

¹⁾ Cf. Welcker gr. Trag. I p. 459: „Mit dem Glauben an die alte Volksreligion entwich auch der Geist aus den Mythen und die frei gewordenen Hüllen konnten nun mit neuen Gestaltungen überzogen werden.“ Cf. A. W. Schlegel üb. dram. Kunst u. Litt. I p. 215. Westrik l. l. p. 6. 13. Bernhardt Grundr. II b p. 389 s. Nauck Eur. Trag. I p. XXXIV.

²⁾ Cf. Minckwitz Dramen d. Eur. verd. Stuttg. 1865, IX p. 22: „Er stieg von der alten Höhe des Ideals nieder und suchte den Boden der Wirklichkeit, die seinen Augen von Kindesbeinen an begegnet war.“ p. 23: „Die Mythe war ihm ein Spiegel, worin er die Gegenwart zeigte.“ Hermann Eur. Or. p. V: „Populi sensus ita erat hebetatus, ut pro pristina simplicitate et gravitate artificiosam communis vitae imitationem expeteret.“ Bernhardt Grundr. II b p. 169, 192 s.

³⁾ Cf. Welcker gr. Trag. I p. 459: „Die stärksten Abweichungen von der alten Ueberlieferung, von Sitten und Bildung der Heroen, die freieste Fortdichtung — sind eine natürliche Folge des eingenommenen Standpunkts. Euripides gibt die Hoheit des tragischen Ausdrucks zum grossen Teil auf und zieht die Heroen entschiedener in die Wirklichkeit der Zeit und ihrer Bildung hinein.“ Grote-Meissner l. l. I p. 308. Nauck Eur. Trag. I p. XXXIX. Bernhardt Grundr. II b p. 429 ss. 450 ss. Westrik l. l. p. 11. 177 ss.

⁴⁾ Arist. Poet. c. 25: „Σοφοκλῆς ἔφη αὐτὸς μὲν οὐκ οἶδε ποιεῖν, Εὐριπίδην δὲ οἶδε εἶσι.“ Cf. Ueberweg Arist. üb. d. Dichtk. 1869 p. 43 et p. 91: „Der wesentlichste Unterschied zwischen dem Kunststile des Sophokles und des Euripides ist hiemit auf das treffendste bezeichnet: Euripides zeichnet Charaktere, die der gemeinen Wirklichkeit näher bleiben, Sophokles solche, die sich durch Reinheit und Adel der Gesinnung entschiedener über das gewöhnliche erheben; mit andern Worten: Sophokles dichtet mehr idealistisch, Euripides mehr realistisch.“ Cf. Hermann Eur. Hec. p. XV.

⁵⁾ Eur. Or. ed. Hermann v. 12 s. („θεὰ ἐπέκλωσεν ἔριν“); v. 797 („παλαιᾶς ἀπὸ συμφορᾶς δόμων“); v. 985 („δόμοισι τοῖς ἐμοῖσιν ἤλθ' ἀρὰ πολύστονος“). Iph. Taur. ed. Hermann v. 190—196.

⁶⁾ Eur. Iph. Taur. 379 s.

⁷⁾ Eur. Or. 812 ss. 977 ss. 1553.

⁸⁾ Eur. Electra ed. Nauck v. 724 ss.; Or. 12 ss. 798 s. 986 ss.; Iph. Taur. 191 ss. 801 ss.

⁹⁾ Eur. El. 720 ss. Or. 999 s.

¹⁰⁾ Eur. Or. 800 ss. 998.

¹¹⁾ Eur. Or. 802 ss. 997. Iph. Taur. 190 ss.

¹²⁾ Eur. Iph. Taur. 24 s. 204 ss. 357 s. 842.

¹³⁾ Eur. Iph. Taur. 26 s. 352 ss. 843 ss.

¹⁴⁾ Eur. Iph. Taur. 28 s. 771 ss.

¹⁵⁾ Eur. Iph. Taur. 172 ss. El. 1020 ss. Cf. Schoene Eur. Iph. Taur. p. 25. 41.

clēm, Artemidis ira coactum esse Agamemnonem ut filiam caederet; at longe aliam causam attulit, cur dea succensuerit Agamemnoni, cum dicat regem, qui eo anno, quo Iphigenia nasceretur, promississet pulcherrimum anni fructum se esse immolaturum, promisso non stetisse¹⁾. Denique hoc commemoravit Euripides Aeschylī auctoritatem secutus Agamemnonem coniugi fidem violavisse, cum Casandram stupri consuetudine sibi conciliatam domum duxisset²⁾. De ipsa Agamemnonis caede fere eadem feruntur apud Euripidem, quae Aeschylus memoriae tradidit: Agamemnonem cum rebus Troiae bene gestis magnaue praeda parta domum revertisset, a Clytaemnestra et Aegistho, qui balneum ei parari iussissent, per dolum oppressum, crudeliter occisum³⁾, domo eiectum esse⁴⁾. Atque iisdem de causis quibus Aeschylus Euripides excusantem se facit Clytaemnestram de facinore: quae dicit, cum Iphigeniam Agamemno impie necavisset stuprumque intulisset in domum, facere se non potuisse quin coniugem occideret⁵⁾. Tamen tantum abest, ut poeta Clytaemnestram eis causis vere excusatam velit, ut Sophoclis auctoritatem secutus dicat culpam eius multo graviolem esse existimandam, quia non tam Agamemnonis delictis esset adducta, ut coniugem occideret, quam ipsius perfidia atque adulterio: priusquam enim consilium esset initum ut Iphigenia mactaretur, eam nihil antiquius habuisse, quam ut culta esset placeretque speculo, nimirum quod turpia moliretur⁶⁾; interfecto autem Agamemnone Aegisthum adulterum plurimi, liberos suos pro nihilo aestimavisse, cum nupsisset illi⁷⁾, hos eiecisset domo⁸⁾. Quamobrem Euripides neque dubitat nomina turpia Clytaemnestrae imponere⁹⁾ et dicit eam cum populo Argivorum odio atque contemptui esse¹⁰⁾, tum ab ipsius patre Tyndareo dignam putari, quae supplicio afficeretur¹¹⁾. Ac ne ipsa quidem Clytaemnestra potest sibi persuadere gravi culpa se vacare, cum metu percussa, ne Orestes redux ab ipsa poenas repetat¹²⁾, non laetari sese rebus ab ipsa perfectis profiteatur¹³⁾. Aegisthi vero moribus depingendis Euripides operam dedit, quo planius et apertius intellegamus eum esse hominem tam nefarium quam ignavum, quippe qui gravi scelere dominatione sit potitus, graviole studeat eam obtinere¹⁴⁾. Cum non satis habeat Agamemnonem occidisse, etiam sepulcrum eius ignominia afficit et Oresti absentī conviciatur¹⁵⁾; iam Electram et Orestem debilitaverat vel perdiderat, cum Electram agricolae in matrimonium dedisset, ne nobiles fortesve filios pareret¹⁶⁾, maximumque praemium ei se esse daturum promississet, qui interfecisset Orestem¹⁷⁾: tamen nullo modo poterat efficere, ut metu gravissimae poenae liberaretur¹⁸⁾.

Ita videmus etiam Euripidem operam dedisse, ut demonstraret et Aegisthum et Clytaemnestram

¹⁾ Eur. Iph. Taur. 6. 24.

²⁾ Eur. El. 1032 ss. — In tragoedia „Iphig. in Aulide“ (ed. Herm. v. 1157 ss.) etiam hoc crimini datur Agamemnoni, quod iusto ac legitimo Clytaemnestrae coniuge necato illam invitam in matrimonium duxerit. Quam rem non ignorare Pausaniam dicit Westrik l. l. p. 41: „Pausanias (II, 18, 2) fieri potuisse dicit, ut Aegisthus Tantalī, Thyestis filii, fratris sui caedem tantum ulcisci voluerit: συνοικεῖν δὲ φασιν αὐτὸν (Tantalum) Κλυταιμνήστρα παρθένῳ παρὰ Τυνδάρῳ λαβόντα“. Dubitationis causam refert II, 22, 3 sc. Tantalum illum, ὃς Κλυταιμνήστρα πρότερον ἢ Ἀγαμέμνων συνήκησε, alios Thyestis alios Bronteī facere filium. Ex quibus Pausaniae locis hoc sane patet, non defuisse, qui Clytaemnestram Tantalō cuidam fuisse nuptam traderent.“

³⁾ Eur. El. 1—10. 123 s. 157 ss. 1148 ss. Or. 25. 486. Iph. Taur. 539.

⁴⁾ Eur. El. 289.

⁵⁾ Eur. El. 1020 ss. 1032 ss.

⁶⁾ Eur. El. 1069 ss. 1089 ss.

⁷⁾ Eur. El. 13. 166. 211 ss. 600. 1089 s. Or. 545 s.

⁸⁾ Eur. El. 14 ss. 60 ss. 265. 1008 ss. Or. 187 ss.

⁹⁾ Eur. El. 60 (πανώλης Τυνδαρίς). 117 (στουγά Τυνδάρῳ κόρα). 1163 (ὄρεία λέαινα).

¹⁰⁾ Eur. El. 643 ss.

¹¹⁾ Eur. Or. 525.

¹²⁾ Eur. El. 418 ss. 1114.

¹³⁾ Eur. El. 1105 s.

¹⁴⁾ Eur. El. 914 ss. 938 ss. 952 ss.

¹⁵⁾ Eur. El. 323 ss.

¹⁶⁾ Eur. El. 20 ss. 268 s.

¹⁷⁾ Eur. El. 32 ss.

¹⁸⁾ Eur. El. 831 ss. 914 ss. 931.

dignos fuisse, qui gravissimas poenas darent: quas Electram et Orestem ab iis repetiisse tradidit Aeschyli et Sophoclis auctoritatem secutus. Quod autem illi litteris mandaverunt et Electram et Orestem ante omnia amore patris eiusque ulciscendi cupiditate adductos esse ut Aegisthum et Clytaemnestram occiderent, non probavit Euripides, cum diceret, Electram et Orestem ius fasque existimavisse non modo ut patris caedem ulciscerentur sed etiam ut iniurias ulciscerentur, quibus ipsi essent affecti. Ac primum quidem maximis in miseriis versatam esse Electram Euripidi quoque constat: quamvis multi nobiles Graeci optavissent ut eam in matrimonium ducerent, tamen ab Aegistho et Clytaemnestra coacta est pauperi agricolae nubere et casam habitare et tenui veste induta maximos labores subire¹⁾; quare non desistebat effusis lacrimis et patrem queri et miseram ipsius sortem, qua fore ut liberaretur a fratre speraret²⁾. Etsi valde succensebat iis, qui patrem necavissent et ipsi turpitudines intulissent, tamen non prius ausa est forti ac constanti animo vel matri vitia exprobrare³⁾ vel inimicos ulciscendi consilium capere, quam pro certo haberet adesse fratrem. Neque vero Orestes patris tantum caedem ulcisci animo proposuerat⁴⁾, sed etiam quas ipse accepisset iniurias. Ut enim Euripides multis locis commemoravit, id quod Aeschilo et Sophocli constare intelleximus, ab Apolline Orestem iussum esse⁵⁾ in patriam redire ut patrem ulcisceretur, ita non omisit periculum, quod ipsi Oresti immineret: nam futurum fuisse, ut ab Aegistho interficeretur, nisi paedagogus senex Agamemnonis eum manibus illius eripuisset; ac ne tum quidem, cum Orestes exsul apud Strophium esset, desiisse Aegisthum operam dare quam maximam, ut ille e medio tolleretur⁶⁾.

Quod Aeschylus et Sophocles tradiderunt in Argo urbe et in ipsis aedibus regis per vim et insidias ab Oreste interfectos esse Aegisthum et Clytaemnestram, id Euripidi parum probabile videbatur⁷⁾: quare auctoritate veterum poetarum neglecta alia ratione usus enarravit, quomodo Orestes sororem reppererit, quid consilii frater et soror ceperint inimicos ulciscendi, quomodo propositum sint assecuti. Orestes igitur urbem ipsam intrare veritus, cum noctu sepulcrum patris adisset, in confinio Argolidis versabatur eo consilio, ut et facile effugere posset et sororem reperiret, quam ruri habitare acceperat⁸⁾. Cui cum occurrisset neque statim aperuit⁹⁾ quis esset, neque nuntiavit¹⁰⁾ Orestem mortuum esse: sed amicum Orestis exsulis se esse simulans ex sorore percontatus est, quemadmodum Argires se haberet et quid Oresti, si revertisset, esset faciendum, ut Aegisthum et Clytaemnestram ulcisceretur¹¹⁾. Quibus rebus diligenter expositis Electra Orestis amicum, qui ei videbatur esse, oravit et obsecravit, ut Orestem incitaret, ut quam celerrime in patriam rediret summa audacia praeditus¹²⁾. Cum autem paedagogus e circinno et pedum vestigiis, qui fuerant in sepulcro Agamemnonis, coniceret Orestem advenisse, Electra insanire senem dixit signa illa vana esse arbitrata nec desiit dubitare, num frater ipse esset, antequam ostendit senex illius cicatricem oculo acceptam¹³⁾. Ex Electrae verbis apparet de industria Euripidem Aeschilo vitio dare, quod ex vanis illis signis, ut e circinno et pedum vestigiis, Orestem agnoscentem fecerit Electram¹⁴⁾: at equidem persuadere mihi non possum Aeschylum recte ab Euripide esse vituperatum. Quid enim? Nonne Electram ex levissimis rebus fratris prae-

1) Eur. El. 19 ss. 54 ss. 107 ss. 184 ss. 304 ss.

2) Eur. El. 59 ss. 115 ss. 181 s. 198 ss. 275. Cf. Gruppe Ariadne p. 455. Teuffel l. l. p. 27.

3) Eur. El. 1060—96. Cf. Westrik l. l. p. 184: „Electrae autem Euripideae non ea est fortitudo, non ea constantia, quam Electrae suae tribuit Sophocles: quod ipsum fortasse melius, certe verius est.“

4) Eur. El. 89. Or. 539 ss. 762. 829. 917 ss. 1230. 1593. Iph. Taur. 545. 899.

5) Eur. El. 87 ss. 1266 ss. Or. 29 ss. 158 ss. 264. 274 ss. 318 ss. 578 ss. Iph. Taur. 93. 701.

6) Eur. El. 16 ss. 32 ss. 85. 330 ss.

7) Cf. Welcker gr. Trag. p. 1190. Minckwitz l. l. p. 18. A. W. Schlegel l. l. I p. 243.

8) Eur. El. 90—101.

9) Id quod Orestem fecisse tradidit Aeschylus Choeph. 211 ss. 266 ss.

10) Cf. Soph. El. 674 ss. 788 ss. 821 ss. 1063 ss. 1163 ss.

11) Eur. El. 220 ss.

12) Eur. El. 332 ss. 277: „τολμῶν ὅπ' ἐχθρῶν οἱ' ἐτολμήθη ποτέ.“

13) Eur. El. 518—579.

14) Cf. A. W. Schlegel l. l. I p. 235 s. Minckwitz l. l. p. 40 ss. Gruppe Ariadne p. 456 s. Teuffel l. l. p. 27.

sentiam augurantem excusatam voluit Aeschylus vehementissima, qua concitata erat, animi perturbatione? Quare non dubito eorum probare sententiam, qui id quod vitio ab Euripide vertatur Aeschylus laudi potius dandum esse existiment, quippe qui naturae humanae observatorem se praestiterit acutissimum, imitatore prudentissimum¹⁾.

Deinde respiciendum est novum illud consilium, quod Orestem et Electram iniisse Euripides tradidit, quoniam ei constabat Aegisthum et Clytaemnestram non esse interficiendos in ipsa urbe. Cum paedagogus dixisset Aegisthum ipso illo die rus venturum esse, ut in villa sua haud procul a domo agricolae et Electrae sita sacrificium nymphis faceret, Clytaemnestram secuturam esse, ut epulis adesset, Orestes constituit immolantem aggredi Aegisthum, cui sese non esse in suspicionem venturum speraret²⁾; at Clytaemnestrae Electra domi suae insidias paratura per paedagogum nuntiavit se ante decimum diem primum peperisse: namque non dubitabat, quin mater eo nuntio allato mox esset advolutura³⁾. Et prospere res evenit: prior Aegisthus, posterior Clytaemnestra occiduntur. Aegisthus enim, cum Orestem et Pyladem vidisset accedentes et Thessalos esse accepisset, nulla suspicione eos adhortatus, ut sacrificio interessent, ab Oreste petivit, ut victimam scinderet, id quod Thessalos optime scire satis constaret. Qua re celeriter confecta, cum Aegisthus corpus flecteret, ut exta accuratius spectaret, quibus adversa praedici sibi viderentur, ab Oreste securi profligatus est. Servis autem, qui pararent domini caedem ulcisci, statim aperuit filium se esse Agamemnonis ab Aegistho miserrime trucidati: quare ne dubitarent sibi obtemperare, qui paternum regnum recuperaturus patris caedem iure ultus esset⁴⁾. Quibus verbis cum impetrasset, ut servi dominum ipsum consularent, cum amico Electrae domum ingredi maturavit, ubi Clytaemnestrae manus inferret. Verum enim vero Orestem, etsi audacissimum manumque fortissimum et quasi heroem se praestiterat tum cum Aegisthum necavit⁵⁾, tamen abhorrentem videmus ab occidenda matre: adeo probabat Euripides illud, quod Aeschylus sentiebat, fieri non posse ut quisquam tam grave scelus animo tranquillo committeret. Iam priusquam Clytaemnestra Electrae domum intravit, Orestes animo haesitabat interficeret matrem necne, quia persuasum ei erat nefas esse filio matrem interimere⁶⁾. Cum autem mater callido Electrae consilio decepta sollemne sacrificium se esse facturam promisisset, Orestes vix audebat contra matrem consistere aut mammas, quas illa protendit, conspiciere, nedum tranquillo animo matris pectus confoderet; sed a sorore etiam atque etiam incitatus, quae et ipsa gladium comprehendit, capite velato Clytaemnestram occidit⁷⁾.

Iam ex eo, quod commemoravimus, intellegi licet mirum quantum abesse, ut Euripides Homeri et Sophoclis auctoritatem secutus sit, quippe qui iudicarent Orestem, cum summo iure ultus esset patrem, culpa vacare neque dignum esse, qui poena afficeretur; sed non minus quam Aeschylus pro explorato habebat Euripides gravissimum scelus commisisse Orestem, cum matrem caederet⁸⁾. Quin

¹⁾ Cf. Grieben l. l. p. 14: „quam (praesagitionem) Euripides in Electra sua nescio quo iure ut ineptam et stolidam notavit.“ Wissowa l. l. p. 12 s.: „Cupidius quam verius Euripides vs. 520 sq. perstrinxit illa fratris cognoscendi ab Aeschylus usurpata adminicula. Nam certe non ubivis inventum cincinnum, coloris mera similitudine ducta fratris capiti detonsum Electra putavisset: at in tumulo patris reperi- tus est, quem nemo civium ornare prae metu audebat. Quem igitur verisimile erat hoc facturum fuisse praeter fratrem, praesertim cum capilli color etiam congrueret?“ Cf. Blümner die Idee d. Schicks. p. 51 A. 2. Minckwitz l. l. p. 40.

²⁾ Eur. El. 615—640.

³⁾ Eur. El. 647 ss. 1124 ss. Quam facit Electra frandem, turpem et foedam vocat Westrik l. l. p. 144.

⁴⁾ Eur. El. 774—858.

⁵⁾ Cf. Minckwitz l. l. p. 27: „Und wie grossartig leuchtet ferner die Gestalt des Orestes, als er den Aegisthos im eignen Hause niederhaut und allein mit Pylades dem Dienerhaufen gegenüber steht; hier ist die ganze Grösse des Heroengeschlechts mit aller Frische repräsentiert, der hohe Mut, der feste Entschluss, die unerschrockene Ausführung. Wie zwei Riesen der Vorwelt stehen Orest und Pylades im Moment der Entscheidung vor uns.“

⁶⁾ Eur. El. 967—987.

⁷⁾ Eur. El. 1111—1146. 1214—1225.

⁸⁾ Aesch. Choeph. 1009 ss. 1070. Eum. 154 s. 258 ss. 417 ss. 593 ss. Eur. El. 1190 ss. Or. 30. 468 ss. 482 ss. 805 ss. 818 ss.

etiam gravior Euripidi Orestis culpa videtur esse quam Aeschylō: hic enim excusatum vult Orestem, qui matricidio patris caedem ultus esset et iusso non modo Apollinis sed etiam patris mortui obtemperavisset¹⁾: ille veretur concedere ea re excusatum esse Orestem, quoniam facit eum et identidem dubitantem, Apollo pulchre ac sapienter suaserit necne²⁾, et dicentem futurum fuisse ut pater, si eum consulisset, peteret ne matrem occideret, cum matricidium neque Agamemnoni salutem esset et damno Oresti³⁾. Attamen aliis locis poeta confitetur ab Oreste minus graves poenas esse repetendas, cum Apollini obtemperavisset⁴⁾ et patrem ultus esset⁵⁾, qui mortuus quoque ipsum iussisset hoc facere⁶⁾. Utique in Euripidis tragoediis graviore poena affectum videmus Orestem quam in Aeschylī tragoedia. Hoc quidem non discrepat inter Aeschylum et Euripidem, quod Orestes a Furiis agitatur, quae eum metu afficiant nec quietem capere patiantur⁷⁾; quas si Euripides non ipsas in scaenam procedentes fecit⁸⁾, tamen accuratius prodidit, quanto fuerint detrimento Oresti, qui solus eas conspiceret sibi videtur. Nam non solum sanguis corporisque vires eum defecerunt, ita ut gravissimo morbo afflicto et in vitae periculum adductus videretur⁹⁾, sed etiam animi valetudo paene deperit, cum modo furore atque amentia agitaretur¹⁰⁾, modo sceleris conscientia commotus non desisteret lugere¹¹⁾. Huc accedebat, quod Orestem, qui praeter Electram et Pyladem omnibus fere hominibus odio esset, nemo recipere tecto nemo audire nemo alloqui nemo aspicere volebat¹²⁾. Populus vero Argivorum consilio Tyndarei Clytaemnestrae patris adductus iam decreverat primum ut Orestes et Electra lapidibus cooperirentur, tum eo consilio mutato ut ipsi se interficerent¹³⁾; neque dubium est, quin Orestes una cum sorore interiturus fuerit, nisi deorum auxilio liberatus esset vitae periculo. Namque hoc Euripides Aeschylī auctoritatem secutus memoriae tradidit, Orestem a deis liberatum esse poena, qua affectus erat. Et Aeschylus docuerat a deis liberatum esse Orestem, quia neque dubitavit, quin recte fecisset quoniam iussu Apollinis patrem ultus esset, neque iudices eum condemnaverunt, quippe qui non ignorarent Orestem facere non potuisse, ut Apollinis verbis resisteret officioque patris ulciscendi deesset¹⁴⁾. Quid igitur? Num idem, quod Aeschylus finxit, docuit Euripides? Non docuit; sed eo quod memoriae tradidit et Orestem ipsum poena dignum sibi visum esse et populum Argivorum decrevisse, ut interficeretur, quid senserit poeta intellegimus: Orestem non excusari etiamsi constet eum iussu Apollinis patrem esse ultum, quia facere potuerit, ut imprudenti Apollinis iusso non obtemperaret¹⁵⁾; at nihilo-

1) Cf. p. 13A. 8.

2) Eur. El. 9.1. 979. 981. 1190 ss. 1244 ss. Or. 566 s.

3) Eur. Or. 277 ss.

4) Eur. El. 1244 ss. 1266 s. 1302. Or. 29 ss. 158 ss. 264. 274 ss. 318 ss. 578 ss. 1672. Iph. Taur. 93. 701.

5) Cf. p. 21A. 4.

6) Cf. Eur. Or. 567 ss.:

„εἰ δὲ δὴ τὰ μητέρος
σιγῶν ἐπήγου, τί μ' ἂν ἔδρασ' ὁ κατθανών;
οὐκ ἂν με μισῶν ἀνεχέρευ' Ἐρινύσιν;
ἢ μητρὶ μὲν πᾶρεια σύμμαχοι θεαί,
τῷ δ' οὐ πᾶρεια μᾶλλον ἡδονημένω;“

7) Eur. El. 1252 s. Or. 38. 241 ss. 397. Iph. Taur. 80 ss. 285 ss. 905 ss.

8) Vix probandum mihi videtur quod dicit Westrik l. l. p. 83: „Atque haec Euripidis ratio exultantem artem declarat, Aeschylea vero rudiorem!“

9) Eur. Or. 83 ss. 152. 210 ss. 266. 376 ss. 866. 1007.

10) Eur. El. 1253. Or. 37. 389. Iph. Taur. 274 ss.

11) Eur. Or. 384 ss.: M. τί χρέμα πάσχεις; τίς σ' ἀπόλλυσιν νόσος;
O. ἢ σύνεσις, ἕτι σύννοια δειν' εἰργασμένος.
M. πῶς φής; σοφόν τοι τὸ σαφές, οὐ τὸ μὴ σαφές;
O. μάλιστα· λύπη ὅθ' ἢ διαρθείρουσά με.

Cf. El. 1177 ss. 1206 ss. Müller Aesch. Eum. p. 133. Westrik l. l. p. 184.

12) Eur. El. 1194 ss. Or. 46 ss. 417 ss.

13) Eur. Or. 920 ss.

14) Cf. p. 13.

15) Eur. El. 1245 s. 1302.

minus dignum esse Orestem qui liberaretur, propterea quod una cum sorore Fati aeterna necessitate, cui nullo modo posset resisti, ad tantum facinus esset adductus¹⁾. Quo fato ut destinatum esset facinus, id quod enuntiavissent Apollinis oracula, ita necesse esse Orestem et Electram poena liberari²⁾.

De ipsa Orestis liberatione fere eadem quae Aeschylus tradidit Euripides. Orestem divino praecepto commotum, ut Athenis Athenae signum amplecteretur, in Areopago, postquam facinoris rationem habuisset, sententia paribus absolutum esse³⁾. Perpauca autem quae discrepant inter illos poetas, nunc demonstrabimus. Ac primum quidem Euripides, quia noluit dubiam Orestis causam iudicari ac probari ab hominibus, deos ipsos tradidit in Areopago de Orestis scelere sententias tulisse⁴⁾. Deinde Euripides in „Oreste“ auctoritatem Aeschyli secutus dicit Oresti, cum poena absolutus esset, per deos licuisse Argos redire regnumque paternum occupare⁵⁾; at in „Electra“ tradit Orestem ab Apolline iussum esse nunquam in patriam redire, sed in Arcadia prope Alpheum fluvium considerare urbi praeesse, quae ab ipso nomen duceret⁶⁾. Denique in fabula „Iphigenia Taurica“ haec addidit poeta: Orestem postquam ab Apolline Athenas missus in Areopago culpa absolutus esset, tamen a Furiis quibusdam, quae iudicio non acquiescerent, agitatum esse⁷⁾; quare Apollinem oraculo tertio dato⁸⁾ iussisse eum in Tauricam proficisci signum Artemidis caeleste Athenas translaturum⁹⁾. Cum autem

- 1) Eur. El. 1247 s.: αἰνεῖν δ' ἀνάγκη ταῦτα· τάντεῦθεν δὲ χρὴ
πράσσειν ἂ μοῖρα Ζεὸς τ' ἔκρανε σοῦ πέρι.
1290 s.: πεπρωμένην γὰρ μοῖραν ἐκπλήσας φόνου
εὐδαιμονήσεις τῶνδ' ἀπαλλαγῆεις πόνων.
1301 s.: μοῖραν ἀνάγκης ἔγεν τὸ χρεῶν
Φοῖβου τ' ἄσσοι γλώσσης ἐνοπαί.
1305 ss.: κοινὰ πράξεις, κοινὸι δὲ πότμοι,
μία δ' ἀμφοτέρους | ἄτη πατέρων διέκναισεν.

Cf Schlegel l. I. I p. 204 ss.

2) Eur. El. 1244, 1265 ss. Or. 1673 s.

3) Eur. El. 1254 ss. Iph. Taur. 935 ss.

4) Certe hoc efficitur loco Eur. Or. 1657 ss.: θεοὶ δὲ σοὶ δίκης βραβεῖς
πάγοισιν ἐν Ἀρείοισιν εὐσεβεστάτην
ψῆφον διοίσουσ', ἐνθα νικήσαι σε χρὴ.

Cf. El. 1262 s: ἢ' εὐσεβεστάτη
ψῆφος βεβαία τ' ἐστὶν ἕκ γε τοῦ θεοῖς.

At in loco Iph. Taur. 938 ss. non affert poeta, qui fuerint iudices, sed Aeschyli auctoritatem secutus hoc tantum dicit, Apollinem Orestis causam egisse, Athenam pares sententias ei enumeravisse.

5) Eur. Or. 1659 ss. Si Euripides addit Oresti imperatum esse, ut Hermionam Menelai filiam in matrimonium duceret, dubium est, num poeta sentiat Orestem statim dicto audientem fuisse. Certe in „Andromache“ tragoedia memoriae tradidit poeta Hermionam primo Neoptolemo nupsisse et Phthiae habitasse; aliquanto post Orestem casu Phthiam venisse et ab Hermiona rogatum, ut ipsam manibus coniugis eriperet, quippe qui iniurias ipsi illaturus esset, illam abduxisse. Cf. Eur. Andr. ed. Herm. 860 ss. 897 ss. 945 ss. 971 ss. Preller gr. Myth. II p. 467 s.

6) Eur. El. 1273. — Non dubium est, quin Euripides in hac re tradenda non neglexerit fabulas, quae feruntur de Oreste apud Arcades, quos constat per longum tempus eum tanquam deum (ἐπιτάροθον Herodot I, 67) coluisse cum aliis locis tum in urbe quadam, cui nomen Ὀρέστειον vel Ὀρεσθάσιον fuisse dicitur. Cf. Pausan. VIII, 3, 1; 5, 3; 34, 1. 2. Preller gr. Mythol. II p. 455: „Der Cult des Orestes blieb längere Zeit auf Arkadien beschränkt, wo man gleichfalls von seiner Verfolgung durch die Erinyen, seiner Busse und seiner endlichen Wiederherstellung erzählte. — Nach der arkadischen Legende nahm sich Artemis seiner in derselben Weise an wie nach der delphischen Apollo.“

7) Eur. Iph. Taur. 935 ss.

8) Eur. Iph. Taur. 77 s.: „ὦ Φοῖβε, ποῖ μ' αἶ τήνδ' ἐς ἄρκον ἤγαγες | χρήσας;“ Cf. Schoene Eur. Iph. Taur. p. 53: „Es war dies das dritte Orakel, welches Orestes von Apollo erhielt. Das erste hatte ihm geboten, des Vaters Tod an der Mutter und ihrem Buhlen zu rächen —, worauf unten v. 975 (Herm. 949 „Φοῖβος, ἕ μ' ἀπώλεσεν“) angespielt wird. Das zweite wies ihn an sich vor dem athenischen Gerichtshof des Areopag gegen die Erinyen zu verantworten, s. v. 941 s. (Herm. 916 ss.). Als aber trotz der Freisprechung er noch immer von einem Teile der Erinyen in weiteren Irrsalen herumgetrieben wurde, so erzwang er von Apollo dieses dritte Orakel, welches hier (77 ss.) ausführlich mitgeteilt wird: vgl. v. 970—78 (Herm. 944—952).“

9) Eur. Iph. Taur. 85 ss. 950 ss.

in Tauricam venisset, primum quidem periculum fuisse, ne ipse cum Pylade amico a sacerdote Artemidis mactaretur¹⁾; deinde hanc ipsam sacerdotem, quam Iphigeniam sororem agnovisset²⁾, nihil antiquius habuisse, quam ut praecepto Apollinis non neglecto et fratrem et ipsam servaret³⁾. Ac re bene gesta cum ipsa Athene Thoantem regem vetuisset⁴⁾ impedire, quominus una cum sorore Orestes, qui prorsus omni culpa ac poena liberatus esset⁵⁾, domum redirent et secum ferrent Artemidis signum, Orestem naves solvisse eo consilio, ut deae signum Halis in nemore apud Karystum sito constitueret, feminas Graecas duceret Athenas⁶⁾.

Quodsi disputationis nostrae iam finem sumus facturi, restat, ut commemoremus alios poetas vix aliquid novi, quoad nostra quidem memoria, quid tradiderint, liceat cognoscere, addidisse his fabulis, quae feruntur de caede Agamemnonis et vindicta Orestis. Primum quidem Livius Andronicus, quem constat in tragoedia, quae inscribitur „Aegisthus“ de hac fabula disseruisse, Homeri ac Sophoclis auctoritatem secutus tradidit Agamemnonem inter epulas ab Aegistho et Clytaemnestra esse interfectum, id quod efficitur ex hoc vaticinio, quod dicentem facit Cassandram:

„In sedes collocat se regias,
Clutemestra iuxtim, tertias natae occupant,
Ipsus se in terram saucius fligit cadens⁷⁾.“

Deinde Attius poeta tragicus sive in fabula Clytaemnestra sive in fabula Aegistho⁸⁾ Electram paene audaciorem videtur depinxisse, quam ipse Sophocles depinxit: vix enim Clytaemnestra coniugem interfecerat, cum Electra ardenti ira commota matrem obiurgavit, quod gravissimum scelus commisisset minata fore, ut maxima poena afficeretur⁹⁾. At Clytaemnestra, quae facinus excusat his verbis:

„Matrem ob iure factum incitas, genitorem iniustum adprobas¹⁰⁾,
filiam omnibus bonis privatam irridebat, ita ut Electra fortunam quereretur:
„Cur me miseram irridet magnis compotem et multis malis?
„Scribam hanc mihi supremam lucem et serviti finem dari¹¹⁾.“

Pacuvium autem poetam constat in fabula quae vocatur „Chryses“ eadem tradidisse, quae Sophocles scripsisse fertur in tragoedia, cui idem nomen fuit $\chi\rho\upsilon\sigma\eta\varsigma$: Thoantem in Sminthe insula ab Oreste et

1) Eur. Iph. Taur. 323 ss. 603 ss. 617 ss.

2) Eur. Iph. Taur. 779 ss. Euripide auctore Orestes sacerdotem esse Iphigeniam sororem agnovit ex epistola, quam illa ad fratrem dederat. At Polyoides, quem Sophistam appellat Aristoteles, haec tradidisse dicitur: cum iam in eo staret, ut Orestes immolaretur, magno dolore eum exclamavisse sibi idem contigisse, quod sorori contigisset, quae olim haud aliter immolata esset, atque ipse tunc immolaretur; ita factum esse, ut Iphigenia fratrem agnosceret. Cf. Arist. Poet. ep. XVI; Ueberweg Arist. üb. d. Dichtk. p. 76. Schoene Eur. Iph. Taur. p. 36 ss.

3) Eur. Iph. Taur. 1132—1195.

4) Eur. Iph. Taur. 1405 ss.

5) Eur. Iph. Taur. 1438 ss.

6) Eur. Iph. Taur. 1417 ss. 1437. 1458. — Bene fecisse Euripidem, quod sortem Orestis coniunxerit cum sorte Iphigeniae sororis, quae ab Artemide in Tauricam traducta deinde in Attica tanquam dea culta esse dicebatur, iam multi docuerunt. Cf. Preller gr. Mythol. II p. 454: „Teils haben die Dichter die Sage dadurch und zwar auf eine sehr glückliche Weise erweitert, dass sie das Schicksal der einst zu den Tauriern entrückten Schwester Iphigenia mit dem des Orest verschmolzen, wobei ältere Kultussagen von einem durch Iphigenia nach Griechenland verpflanzten Kultus der Artemis Taurobolos zu Grunde lagen.“ Schoene Eur. Iph. Taur. p. 10 ss. 32 ss. Quare non probari mihi videtur Grupii sententia, qui (Ar. p. 398—406) hanc fabulam laude non esse dignam putavit.

7) Liv. Andron. fragm. VI. VII. Cf. Ribbeck Tragicorum Roman. fragm. II ed. 1871 p. 2. Welcker gr. Tr. p. 1158.

8) Welcker (gr. Tr. p. 1157) sentit eandem fabulam et Aegisthum et Clytaemnestram nominari, Ribbeck (l. l. p. 138) statuit Aegisthum et Clytaemnestram diversas fabulas fuisse.

9) Cf. Attius Clyt. fr. VIII (3), cf. Ribbeck l. l. p. 141. Welcker l. l.

10) Attius Clyt. fr. X (2), cf. Ribbeck l. l. p. 141.

11) Attius Clyt. fr. VI (9) et VII (7), cf. Ribbeck l. l. p. 140.

Chryse interfectum esse¹⁾. In alia tragoedia cui nomen est „Dulorestes“²⁾, non satis constat, quid prodiderit Pacuvius: alii enim sentiunt Pacuvium, cum in hac tragoedia scripserit de itinere Orestis in Tauros facto, hoc novum addidisse ad fabulam, quae fertur apud Euripidem: Orestem et Pyladem, cum nihil precibus a Thoante impetravissent, armis congressos regem vicisse atque una cum Iphigenia Artemidis signum per vim eripuisse, quam in Graeciam transferrent³⁾. Attamen sunt qui dicant in Duloreste Pacuvium eadem tradidisse, quae Sophocles scripsisset in Electra: Orestem in patriam reducem una cum sorore Clytaemnestram et Aegisthum ultum esse⁴⁾.

Denique quid Goethe noster tradiderit de reditu Orestis satis constat: non vi armisque, non dolo, non Athena adjuvante Orestem perfecisse, ut in patriam incolumis rediret: sed cum Orestes negavisset se Artemidis signum esse rapturum, Iphigeniam et Orestem a Thoante precibus tantum impetravisse, ut ipsis liceret cum Pylade in Graeciam reverti.

¹⁾ Cf. Cic. Lael. VII, 24. De Fin. II, 24, 79. V, 22, 63. Naeke Opusc. philol. ed. Welcker I p. 91 s. Welcker gr. Tr. p. 211. Ribbeck l. l. p. 86—90.

²⁾ Cf. Ribbeck l. l. p. 91—96.

³⁾ Cf. Welcker gr. Tr. p. 1185 ss. Naeke Opusc. I p. 83 ss. Preller gr. Myth. II p. 455.

⁴⁾ Cf. O. Jahn, Hermes II p. 229 ss. Schoene Eur. Iph. Taur. p. 35. Ac mihi quoque eorum sententia videtur pobari cum aliis fragmentis, quae tradita sunt, tum hisce:

X (17) cf. Ribbeck l. l. p. 92:

„Nonne officium fungar vulgi atque aegre male fructum feram?“

et XVIII (29) cf. Ribbeck l. l. p. 93:

„Utinam nunc matrescam ingenio ut meum patrem ulcisci queam!“